sem Provinciae Leodiensis se recepit, ubi benigne acceptus fuit, et post paucos dies virtute Novitiatus in Provincia Flandro-Belgica paractus, Solemniter professus est 15ª Aprilis 1787 ac Leodii Sacerdos ordinatus est 8ª Martii 1788 post varias supplicas et instantissimas preces Adm. Rdi. ac Doctmi Patris Mgtri Ferdinandi Achte Provinciae Flandro-Belgicae Provincialis Revmo Patri nostro Generali Stephano Augustino Bellisini exhibitas, tandem Hasseleti exfiliatus est, et Conventui nostro Bruxellensi affiliatus die 14 Martii 1791. Ita est Fr. Josephus Norbertus Van Heelen.

138. In Nomine D. N. Iesu Christi benedicti. Amen.
R. P. Josephus de Brabanter, Filius legitimus Francisci et Catharinae Brecx conjugum, natus Gerardi Montibus die 9ª Februarii 1765 eodem modo, tempore, et loco, quibus supra R. P. Iosephus Norbertus van Heelen vestitus et professus est, et cum eodem Bruxellis affiliatus est eadem die 14 Martii 1791. Leodii sacerdos ordinatus 16 Februarii 1788. Ita est. Fr. Josephus de Brabanter Aug.
139. Br. Prosper Valkeniers, z. v. Jan en Maria Francisca van Nimmen, geb. te Halle, gepr. 28 Maart 1791.
140. Br. Gulielmus (Joannes Carolus) Schoonjans, z. v. Ioannes en Anna Maria Segers, geb. te Ternath, gepr. 2 Mei 1793.
141. P. Joannes Ludovicus van Roye, z. v. Guilelmus en Gertrudis Ausloos, geb. te Budingen, par. S. Cyrianus 5 Oct. 1766, gepr. 7 April 1793.
142. Br. Thomas Paul, z. v. Franciscus Ludovicus en Petronilla Neirink, geb. te Halle, gepr. 2 Mei 1793.
143. P. Antonius van Achter, z. v. Joannes Baptista en Maria Catharina Hans, geb. te Geeraardsbergen 11 Jan. 1774, gepr. 14 Juli 1795.
144. P. Andreas Augustinus Vlaming, z. v. Caspar en Agatha Sinnigen, geb. te Amsterdam, par. Moses en Aaron 1 Sept. 1773, gepr. 31 Mei 1796.

Dr P. GROOTENS S. J.

De Augustijnen in de Hollandse Missie

De Praefectus Missionis, zijn taak en zijn faculteiten *)

De leiding van de Missie berustte sedert 1635, in welk jaar de Augustijnenmissie werd gereorganiseerd, bij een *Praefectus Missionis*, door de Congregatio de Propaganda Fide aangesteld. Als eerste Praefect werd, overeenkomstig het verzoek aan de Propaganda, de Provinciaal der Belgische Provincie, p. Michael Paludanus, benoemd. Tegen de verwachting in bleven de ambten van Provinciaal en Praefect van de Missie niet met elkaar verbonden. Na beëindiging van zijn Provincialaat bleef Paludanus nog verschillende jaren, tot zijn dood in 1652, de leiding over de missie behouden en ook zijn opvolgers in de Praefectuur waren niet altijd Provinciaal [1]). Later waren de Provinciaals meestal ook Praefectus Missionis, maar de Propaganda Fide bleef de praefectuur beschouwen als losstaande van het Provincialaat en benoemde telkens degene die tot Provinciaal was gekozen ook tot Praefect. Zij wilde alleen de leiding van de missie aan dezelfde persoon toevertrouwen, aan wie ook het bestuur van de Ordesprovincie was opgedragen [2]).

De Praefect had de algemene leiding van de missie en zijn bevoegdheid strekte zich uit over die zaken die rechtstreeks de missie en de missionarissen betrof. Hij was evenwel niet de religieuse overste van de missionarissen, die evenals de Praefect zelf,

*) Zie *Augustiniana*, jrg. II (1952), blz. 61-70. Met verantwoording der gebruikte afkortingen.

[1]) *Rom. Br.* I, n. 539, p. 506; n. 579, p. 557; n. 591, p. 569; n. 608, p. 585; AAU. 31 (1906), 360, 364, 369, 374, 375, 389; *Annales*, I, 8.

[2]) *Rom. Br.* II, n. 239, p. 224: « ... Em^mi^ Domini approbant, ut deinceps munus praefecturae injungatur illi, qui erit Provincialis... »: *Rom. Br.* II, n. 300, p. 231; n. 881, p. 674; *Annales, passim*; *Manuale, passim*.

in alles aan hun eigen provinciale en plaatselijke oversten onderworpen bleven [3]). Tot de taak van de Praefect behoorde o. m. dat hij jaarlijks een verslag aan de Congregatie der Propaganda uitbracht over de toestand in de missie, over de werkzaamheden der missionarissen en de bereikte resultaten. Met het oog op dit verslag behoorde hij elk jaar de missie te visiteren. Paludanus had in de eerste jaren van zijn praefectuur geen verslag uitgebracht en kreeg dan ook in 1638 van de Propaganda een aanmaning dit alsnog te doen [4]). Van de missieverslagen der Augustijnen zijn er echter slechts een klein aantal bekend [5]).

Bij moeilijkheden en conflicten in zaken die de missie direct betroffen konden de missionarissen zich tot de Praefect wenden. Gewoonlijk was deze wel bevoegd daarin zelfstandig beslissingen te nemen, maar was daarbij toch gebonden aan de clausule dat in alles de Concordata van 1624 in acht genomen moest worden.

Zoals gezegd was de Praefect niet de religieuze overste der missionarissen. Dit had verschillende consequenties ook voor de missie als zodanig, daar ook de Praefect onder het gezag van de Provinciaal bleef. De Praefect kon immers niet zelfstandig en op eigen gezag missionarissen uitkiezen en benoemen. Voor de benoeming van missionarissen moest hij een voordracht maken van de personen die hij voor de missie geschikt achtte en deze aan de Provinciaal voorleggen. Wanneer de Provinciaal de voorgestelde candidaten, of eventueel anderen, voor de missie had aangewezen, dan verleende de Praefect hen ambsthalve de aanstelling tot missionaris [6]). Overeenkomstig de Concordata moest dan nog admissie van de Nuntius of van de Apostolisch Vicaris gevraagd worden. De Praefect schreef daartoe een aanbevelingsbrief, die de nieuw-

[3]) *Rom. Br.* I, n. 539, p. 506; AAU. 31 (1906), 329, 332, 346; *Annales*, I, 64: « Deinde non ignorare debes ex decreto eiusdem Sac. Congregationis non solum missionarios, sed etiam Praefectos in omnibus, et per omnia Superioribus suis, etiam localibus sive Provincialibus, sive custodibus, aut prioribus, vel guardianis esse subiectos, excepto casu revocationis a missione »; Alg. Archief O. E. S. A. Rome Dd 117-120.

[4]) *Rom. Br.* I, n. 539, p. 506; n. 579, p. 558; *Annales*, I, 64: « [Praefectus Missionis] tenetur semel saltem in anno missionarios visitare in ijs quae pertinent ad missionem, sicut Provinciales in iis quae pertinent ad mores et disciplinam ».

[5]) 1639: *Rom. Br.* I, n. 615, p. 592 sq.; 1642: *Rom. Br.* I, n. 697, p. 694 sq.; 1683: AAU. 64 (1940), p. 305 sq.; 1804: AAU. 69 (1951), p. 65 sq.

[6]) *Annales*, I, 64 en *passim*; Alg. Archief O. E. S. A. Rome Dd 117-120; AAU. 31 (1906), 331, 332; *Rom. Br.* I, n. 608, pp. 583-585.

benoemde dikwijls persoonlijk aan geadresseerde ter hand stelde, die dan daarop zijn toelating bijschreef [7]).

Kon de Praefect niet eigenmachtig missionarissen aanstellen of benoemen, evenmin was hij bevoegd hen van hun taak te ontheffen. Wanneer een missionaris uit zijn functie moest worden ontslagen, dan diende de Praefect de redenen voor het ontslag aan de Congregatie uiteen te zetten, die dan besliste of het ontslag al of niet gegeven werd. Alleen in geval van een scandalum publicum kon de Praefect onmiddellijk een missionaris terugroepen, doch moest dan zo spoedig mogelijk de Propaganda hiervan op de hoogte stellen [8]).

Dat de Praefectus Missionis persoonlijk in de missie werkzaam was of zich in het gebied der Hollandse missie vestigde was niet nodig. De meeste missiepraefecten waren niet zelf missionaris geweest en meestal verbleven zij in een der Zuid-Nederlandse kloosters. Pater Petrus Parmentier, die van 1673 tot 1676 de leiding der Augustijnenmissie had, is een van de weinigen, zo niet de enige, geweest die, als Praefect, actief in de Hollandse missie werkzaam was. Een van de in functie zijnde missionarissen kon evenwel door de Praefect benoemd worden tot Vice-Praefect, aan wien hij de zorg voor de goede gang van zaken kon toevertrouwen en die dus feitelijk de praktische leiding had. In de eerste 40 jaren schijnt men van dit recht echter geen gebruik gemaakt te hebben. De Amsterdamse missionaris Joannes Uutten Eechout, die op 27 Januari 1679 in deze qualiteit werd benoemd is vermoedelijk de eerste Vice-Praefect geweest. Pater Joannes Smits, die destijds Provinciaal en Praefect van de Missie was, stelde hem aan omdat hij zelf door allerlei andere beslommeringen verhinderd was de

[7]) *Rom. Br.* I, n. 539, p. 506; AAU. 4 (1887), 283; *Annales*, I, 10 en *passim*; *Manuale*, p. 3: « Mgr. fr. Michael Paludanus S. Theol. Doctor et Professor Ord. Eremit. S. Augustini, Missionis Hollandicae eiusdem Ordinis Praefectus.

Venerabili ac Nobis in Christo dilecto Patri fr. Matthiae de Vorster eiusdem Ordinis presbytero Ecclesiasticae.

Praesentium tenore ac muneris a Sacra Cardinalium congregatione Nobis demandati authoritate Te ad Confoederatas Belgij Provincias mittimus, ut ibidem (prius tamen habito consensu Rmi Dni Internuntii Apostolici) in Catholicae fidei propagationem, servatis articulis concordatorum inter utrumque Clerum, iuxta talenta Tibi a Domino Deo concredita incumbas. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Actum Lovanij 16 Augusti 1641. fr. Michael Paludanus ».

[8]) AAU. 31 (1906), 332.

visitatie te houden en de hangende kwesties te regelen [9]). Sedertdien was er practisch steeds een Vice-Praefect.

De Praefect genoot een aantal faculteiten, hem door de Congregatio de Propaganda Fide verleend, die hij aan zijn missionarissen kon delegeren en eventueel weer intrekken, naargelang het belang van de missie zulks vereiste. De volmachten in 1635 gegeven, waren dezelfde als die welke de Dominicanen genoten en zij waren voor de tijd van 7 jaren verleend. In Mei 1642, tegen het einde van de gestelde termijn, kreeg Paludanus aanzegging om opnieuw de nodige volmachten bij het H. Officie aan te vragen [10]). Deze werden hem ook nu weer voor de tijd van 7 jaren verleend, maar de faculteiten waarover de Praefectus Missionis nu kon beschikken verschilden in menig opzicht van die van 1635. In grote lijnen zijn het deze nieuwe gewijzigde faculteiten waarover de Praefecten der Augustijnenmissie in de tweede helft der 17e en in de 18e eeuw beschikten.

In extenso zijn de faculteitsbrieven van de jaren 1635, 1642, 1663, 1673, 1678, 1681 en 1684 en van 1793 bewaard gebleven [11]). Bij vergelijking van de faculteiten die de eerste maal aan Paludanus

[9]) *Rom. Br.* I, n. 539, p. 506; *Annales*, I, 64; II, 4: « Frater Joannes Smits, Eremitarum S. Augustini in Belgio Vicarius Provincialis, et missionum Praefectus, Reverendo in Christo Patri Joanni Wtten Eechout, eiusdem Ordinis ac voti religioso, ac missionario salutem ac spiritum consilij et fortitudinis.

Cum urgentia impedimenta praesentiam nostram in partibus Hollandiae hactenus impediant, et nonnulla isthic sint negotia quae disquisitionem requirant: praesentium tenore, et muneris nostri authoritate, te, cuius virtutes, et plenam aptitudinem habemus perspectissimas, constituimus nostrum istis in partibus Vicarium, et omnem nostram tibi delegamus potestatem, ut rerum disquisitione, et locorum visitatione factis, id agas et statuas quod ad Dei Opt. Max. honorem, et ad istiusce nostrae missionis decorem et incrementum in Domino expedire iudicaveris, et per tuas ad nos litteras referas tuorum actorum seriem. Omnibus et singulis Missionariis in salutaris obedientiae meritum mandamus, ut te nostrum hac in parte Vicarium in omnibus agnoscant. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Dabam Antverpiae in conventu nostro omnium Sanctorum die 27 Januarii 1679. Fr. Joannes Smits. (+ Locus maioris sigilli Provinciae).

[10]) *Rom. Br.* I, n. 539, p. 506; AAU. 31 (1906), 377; AAU. 34 (1909), 118-121, alwaar de volmachten van 1635 zijn gepubliceerd.

[11]) De faculteiten van 1635 zijn gepubliceerd in AAU. 34 (1909), 118-121 en in handschrift komen zij ook voor in *Manuale*, 1-3, 100-103; 1642: *Manuale*, 124-128; 1663: *Manuale*, 119-123; 1673: *Manuale*, 171-177 en *Annales*, I, 88-90; 1678; *Manuale*, 204-209 en *Annales*, II, 1-4; 1681: *Annales*, II, 119-124; 1684: *Manuale*, 14-17; 1790: *Manuale*, 243-245.

werden verleend en die waarover hij sedert 1642 en ook de meeste van zijn opvolgers beschikten, zijn er meerdere verschillen te constateren.

Op de eerste plaats de samenstelling van de faculteitsbrief en het aantal punten waarin de verschillende volmachten waren samengevat. In 1635 waren zij gerangschikt in 12 punten, terwijl zij in de brieven van 1642 en later meestal in 24 of 25 punten waren aangegeven. De brief van 1663 bevat echter slechts 20 punten.

Wat de inhoud betreft hebben de volmachtsbrieven ook een aanmerkelijke verandering ondergaan. De meeste volmachten van 1635 vindt men wel terug in de latere brieven, doch de formulering van slechts enkele punten is vrijwel ongewijzigd gebleven. Zo bijvoorbeeld die welke betrekking hebben op het absolveren in bepaalde gevallen die aan de H. Stoel zijn voorbehouden en op het wijden van paramenten. De meeste faculteiten zijn daarentegen aanmerkelijk gewijzigd, duidelijk onder invloed van de ervaringen die de Congregatie in de loop der jaren had opgedaan, vooral door nadere omschrijving van de voorwaarden waaronder van de verleende volmacht gebruik gemaakt mocht worden. Zo bijvoorbeeld voor het toedienen van de Sacramenten. Bij andere wordt daarentegen de verleende volmacht zelf nader omschreven, zoals het verlof om op verschillende plaatsen en tijden de H. Mis te mogen lezen.

Heel bijzonder geldt het van de uitbreiding en nadere omschrijving van de volmacht om te dispenseren in verschillende huwelijksbeletselen. In de faculteitsbrief van 1635 wordt deze volmacht omschreven in n^{r} 13. In die van 1642 en volgende jaren beslaat zij de nummers 9 t/m. 12. In het daar op volgende nummer wordt het verlenen van deze volmachten echter uitdrukkelijk afhankelijk gemaakt van de toestemming van de bisschop, en worden er nog andere voorwaarden gesteld. Van de bevoegdheden om te dispenseren in huwelijksbeletselen hebben de missionarissen praktisch nimmer gebruik kunnen maken, daar de Apostolische Vicarissen, bijna steeds heel uitdrukkelijk, de dispensatievolmacht inzake huwelijksbeletselen aan zich voorbehielden, of deze door de Nuntius voor hen werd gereserveerd [12]).

Waren de faculteiten in het begin rechtstreeks verleend aan de Praefectus Missionis, in latere tijd, zeker sedert 1673, werd het gebruik mogen maken van de bevoegdheden afhankelijk gesteld

[12]) Cfr o. a. *Manuale*, p. 177, 209, 21, 42b, 48b.

van de instemming van de bisschop, in casu van de Apostolisch Vicaris. En dit was opgenomen in de faculteitsbrief. Alvorens over de verleende volmachten te kunnen beschikken moest deze brief aan de bisschop, respectievelijk de Apostolisch Vicaris, ter goedkeuring wordt voorgelegd, die dan zijn instemming daarop moest aantekenen en daarbij zo nodig kon aantekenen welke bevoegdheden hij aan zich voorbehield of niet toestond te gebruiken [13]).

Voor het verlenen van deze volmachten gebruikte de Congregatie later, zeker sedert 1712, gedrukte formulieren. Er werden dan ook niet meer veranderingen aangebracht. In de manuscripten worden dan ook geen afschriften meer gevonden en men volstaat met te verwijzen naar de bekende faculteiten [14]).

De volmachten waarover de Augustijnenmissionarissen beschikten moeten dan ook zeker niet worden beschouwd als uitsluitend aan hen verleend, doch veeleer als die waarover de missionarissen in de Hollandse Missie beschikten. Eerstens kan zulks worden afgeleid uit de aanvragen van Paludanus in 1635 om de gewone faculteiten te ontvangen. Vervolgens ook uit de algemene toon van de faculteiten, waaruit valt af te leiden dat zij niet uitsluitend voor de Noord-Nederlandse gebieden zijn bedoeld. En tenslotte, de faculteiten die in 1793 aan de Franciscanen in de Hollandse missie werden verleend, zijn behoudens de libri prohibiti die met name worden uitgezonderd in n^{r} 5, precies dezelfde als de faculteiten die in 1678 aan de Augustijnen werden verleend [15]). Waarschijnlijk waren de faculteiten van de missionarissen in de Hollandse Missie in de 17^{e} en 18^{e} eeuw precies dezelfde als die van de missionarissen in andere gebieden die onder de Propaganda stonden.

Tegen het einde van de 18^{e} eeuw ondergingen de faculteiten echter opnieuw een aanzienlijke wijziging, zoals blijkt uit de volmacht die in 1790 door de Nuntius van Brussel, Zondadari, in opdracht van de Congregatio de Propaganda Fide aan de Praefect der Augustijnen, Ferdinandus Achte, werd verleend, en in 1793 door de Nuntius Brancadero aan Joannes Petrus van de Winckel. Deze faculteiten zijn veel meer beperkt dan de voorgaande en uit-

[13]) Zie voorgaande noot.

[14]) *Manuale*, 42a: « Huic decreto (nl. van de Propaganda dd. 30 Mei 1712, waarin P. Petrus van Acker tot Praefect werd aangesteld) annexum erat impressum folium continens facultates Praefecto Missionum a SSmo Domino nostro concedi solitas... ».

[15]) Een exemplaar hiervan in het Arch. Aug. Utrecht.

sluitend bestemd voor de Augustijnenmissionarissen. Ook het aantal faculteiten is sterk gereduceerd en beslaat dan nog slechts 10 punten [16]).

Dr Eelcko YPMA, O. E. S. A.

BIJLAGE I. — PRAEFECTEN VAN DE MISSIE IN DE 17e EN 18e EEUW [17]).

Michael Paludanus uit Gent, 1635-1652.
Ignatius de Dijckere uit Gent, 1652-1658.
Petrus Damasus de Coninck uit Leuven, 1658-1662.
Petrus de Vos uit Gent, 1662-1673.
Petrus Parmentier uit Gent, 1673-1676.
Vacat sedes Praefecturae : 13 Juni 1676 - 28 Jan. 1678.
Joannes Smits uit Antwerpen, 1678-1681.
Jacobus Willemaert uit Brugge, 1681-1684.
Franciscus Bassery uit Antwerpen, 1684-1688.
Joannes Smits uit Antwerpen, 1688-1691.
Jacobus Willemaert uit Brugge, 1691-1694.
Mauritius Poelman uit Gent, 1695.
Guilielmus Wijnants uit Maastricht, 1696-1699.
Philippus Tax uit Brussel, 1700-1704.
Emmanuel Ballexo uit Gent, 1704-1707.
Bernardus Mathijs uit Bree, 1707-1709.
Philippus Tax uit Brussel, 1709-1712.
Petrus van Acker uit Gent, 1712-1715.
Jacobus Bossuyt uit Edingen, 1715-1718.
Philippus Tax uit Brussel, 1718-1721.
Gerardus d'Herbe uit Brugge, 1721-1725.
Jacobus van Bossuyt uit Edingen, 1725-1727.
Nicolaus van den Reydt uit Hasselt, 1727-1730.
Petrus van Acker uit Gent, 1730-1731.
Gerardus Melijn uit Antwerpen, 1731-1734.
Nicolaus van den Reydt uit Hasselt, 1734-1739.
Balduinus de Housta uit Edingen, 1739-1742.

[16]) *Manuale*, 243-245, 248-249.

[17]) Gegevens ontleend aan *Annales* en *Manuale*, *passim*. Het eerste jaartal geeft het jaar van de benoeming of het jaar waarin voor het eerst blijkt dat de persoon Praefect was. De plaatsnamen verwijzen naar de kloosters waarin de Praefecten hun professie deden.

Thomas Duboy uit Dendermonde, 1742-1745.
Lambertus de Hodeige uit Luik, 1745-1748.
Balduinus de Housta uit Edingen, 1748-1751.
Thomas Duboy uit Dendermonde, 1751-1754.
Lambertus de Hodeige uit Luik, 1755-1757.
Christianus Bert uit Edingen, 1757-1758.
Thomas Duboy uit Dendermonde, 1759-1760.
Antonius Loodts uit Herentals, 1760-1763.
Dominicus Laurijs uit Antwerpen, 1763-1766.
Martinus Wouters uit Maastricht, 1766-1769.
Jacobus Vollaert uit Gent, 1769-1772.
Joseph Jacobs uit Brussel, 1772-1775.
Philippus van der Maele uit Edingen, 1775-1778.
Jacobus Vollaert uit Gent, 1778-1781.
Balduinus Hosselaer uit Edingen, 1781-1790.
Ferdinandus Achte uit Ieper, 1790-1793.
Joannes Petrus van de Winckel uit Dendermonde, 1793-1811.

Bijlage II. — Facultеitsbrief van 1635 [18]).

Facultates concessae a Sanctissimo Dno nostro D. Urbano divina providentia Papa Octavo f^ri^ Michaeli Paludano Ord. Eremit. S. Augustini, Praefecto missionis in Hollandia et aliis provincijs confoederatis.

1^a^. Reconciliandi haereticos, cuiuscumque nationis, dummodo non sint ex partibus in quibus exercetur Sanctum Officium Inquisitionis.

2^da^. Absolvendi a casibus Sedi Apostolicae reservatis, etiam in Bulla die Coenae Domini legi solita contentis : [pag. 101] omnes etiam Ecclesiasticos, et Regulares, iniunctis iniungendis.

3^a^. Dispensandi cum Ecclesiasticis super quibuscumque suspensionibus, inhabilitatibus, et irregularitatibus, praeterquam homicidii voluntarii, et vitiorum corporis, in foro conscientiae, et in civitatibus et dioecesibus, quae non habent Episcopos residentes, aut Vicarios Apostolicos, vel cum eorum licentia.

4^ta^. Concedendi Apostolicam benedictionem cum plenaria indulgentia iis, quos Ecclesiae catholicae reconciliaverit, ubi non sunt Episcopi, vel Vicarii, alioquin ubi sunt de eorum licentia.

5^ta^. Concedendi Indulgentiam plenariam quotannis in festis celebrioribus, et in mortis articulo : ac si quotannis generalem suorum

[18]) *Manuale*, 100-103.

peccatorum confessionem fecerint : ac etiam indulgentiam quadraginta aut quinquaginta dierum ad libitum.

6ta. Tenendi vel legendi libros haereticorum, et quoscumque prohibitos, ad effectum illos impugnandi : ita tamen ut libri praedicti non extrahantur extra illas regiones.

7ma. Administrandi Sacramenta omnia, praeter Confirmationem et Ordines, omissis pro necessitate solemnitatibus, et caeremoniis solitis, non vero necessariis : ita tamen ut Baptismum, Extrema Unctio, ac Matrimonium non administrentur in locis ubi pastores inveniuntur ab Ordinariis seu Vicariis Apostolicis instituti, absque eorumdem pastorum seu Ordinariorum consensu.

8a. Ubi Breviarium ferre non potest absque periculo, recitandi Rosarium B. Virginis vel alias orationes, et psalmos quos memoria tenet.

9a. Benedicendi ubi non sunt Episcopi, vel Vicarii Apostolici, et ubi sunt de eorum licentia, paramenta, et consecrandi [pag. 102] ea, quae ad cultum divinum sunt necessaria, ubi non intervenit Sacra Unctio, nec teneatur an altaria portatilia contineant sacras Reliquias, nec ne.

10a. Celebrandi Missam quocumque loco decenti etiam sub dio, subtus terram, tribus horis ante lucem, hyeme una hora post meridiem, bis in die ubi necessitas postulaverit, etiam coram haereticis, et aliis personis excommunicatis, dummodo minister non sit haereticus, et aliter celebrare non possit.

11a. Hostiam consecratam servandi loco decenti sine lumine et aliis caeremoniis Ecclesiae.

12a. Commutandi vota simplicia, ubi non sunt Episcopi, vel Vicarii Apostolici, et ubi sunt, de eorum licentia, exceptis castitatis et Religionis, in aliud opus pium, et iuramenta relaxandi iustas ob causas.

13a. Dispensandi ob magnam necessitatem gratis, et absque ulla mercede vel praemio, quando non potest haberi recursus ad Episcopos, cum catholicis pauperibus manu victum quaerentibus in secundo et tertio consanguinitatis seu affinitatis gradibus, etiam ante contractum matrimonium : absque vero Episcoporum consensu, si commode haberi potest non dispensetur in his aut aliis matrimonii impedimentis.

14a. Imprimendi et legendi libros catholicorum tacito nomine Authoris, loci, et typographi ac reliquorum, non obstante Concilio Tridentino.

15a. Dispensandi cum conversis ad fidem catholicam super fructibus bonorum ecclesiasticorum male perceptis, facta aliqua eleemosyna in usum Religionis, cuius ante schisma erant bona, si ibi adsit Religio, sin minus in pauperes catholicos.

16a. Utendi supradictis facultatibus in Hollandia, ac aliis [pag. 103] provinciis confoederatis, servata tamen concordia inita anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto inter Clerum Hollandiae ac Regulares illuc accedentes, illasque communicandi undecim aliis

Religiosis eiusdem Ordinis Eremitarum S. Augustini, idoneis tamen et sufficientibus.

Feria quinta die vigesima Septembris 1635.

In Congregatione Generali Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis, habita in palatio Apostolico Montis Quirinalis Sanctissimus D. N. D. Urbanus divina providentia Papa Octavus concessit supradictas facultates ad septennium futurum praedicto fratri Michaeli Paludano.

Cardinalis Barbarinus.

Bijlage III. — Faculteitsbrief van 1642 [19]).

Facultates concessae a Smo Dno nostro Urbano divina providentia Papa Octavo, fratri Michaeli Paludano Ord. Erem. S. Augustini Praefecto Missionis eiusdem Ordinis in Hollandia.

1ª. Administrandi omnia Sacramenta, etiam parochialia, Ordine et Confirmatione exceptis : et quoad parochialia, in dioecesibus ubi non erunt Episcopi vel Ordinarii, vel eorum Vicarii, vel in parochiis, ubi non erunt parochi, vel ubi erunt, de eorum licentia.

2ª. Absolvendi ab haeresi, et apostasia a fide, et a schismate, quoscumque etiam Ecclesiasticos, tam saeculares, quam Regulares, non tamen qui ex locis fuerint ubi Sanctum Officium exercetur, nisi in locis missionum, in quibus impune grassantur haereses, deliquerint : nec illos qui iudicialiter abiuraverint, nisi isti nati sint ubi impune grassantur haereses, et post iudicialem abiurationem illuc reversi in haersim fuerint relapsi : et hoc in foro conscientiae tantum.

3ª. Absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicae reservatis, etiam in Bulla Coenae Domini contentis.

4ª. Absolvendi et dispensandi a Simonia, non tamen reali, nisi dimissis beneficiis, et fructibus ab eis male perceptis, arbitrio Sanctitatis Suae restitutis, si facilis erit recursus ad Sedem Apostolicam, si vero difficilis, vel ob distantiam locorum, aut alias causas, etiam in reali, dimissis beneficiis, et super fructibus male perceptis iniuncta aliqua eleemosyna, vel poenitentia salutari, arbitrio dispensatoris, vel etiam retentis beneficiis, si fuerint Parochialia, et non sint qui parochiis praefici possint [pag. 125].

5ta. Tenendi et legendi, non tamen aliis concedendi, libros haereticorum vel infidelium, de eorum religione tractantium, ad effectum eos impugnandi, et alios quomodolibet prohibitos, praeter opera Caroli Molinaei, Nicolai Machiavelli, et libros de astrologia iudiciaria, principaliter vel incidenter, vel alias quovis modo, de ea tractantes, ita tamen ut libri ex illis provinciis non efferantur.

6ª. Celebrandi Missam quocumque loco decenti, etiam sub dio, sub terra, una hora ante auroram, et alia post meridiem, bis in die, si necessitas cogat, si tamen in prima Missa non sumpserit

[19]) *Manuale*, 124-128.

ablutionem, etiam super altari portatili, et fracto, aut laeso, et sine Sanctorum Reliquiis, etiam praesentibus haereticis aliisque excommunicatis, si aliter celebrari non possit, et non sit periculum sacrilegii, dummodo serviens Missae non sit haereticus aut excommunicatus.

7ª. Dispensandi et commutandi vota simplicia, etiam castitatis, ex rationabili causa, in alia pia opera ; non tamen Religionis.

8ª. Dispensandi in foro conscientiae super irregularitates ex delicto occulto proveniente, et non deducto ad forum contentiosum : non tamen ex homicidio voluntario, aut bigamia.

9ª. Dispensandi in tertio et quarto consanguinitatis gradum et affinitatis, simplici et misto : et in secundo, tertio et quarto mistis : non tamen in secundo solo, quoad futura matrimonia : quo vero ad praeterita, etiam in secundo solo, cum his qui ex haeresi, vel infidelitate convertuntur ad fidem catholicam : et in praedictis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

10ª. Dispensandi super impedimento criminis : neutro tamen coniuge machinante ; ac restituendi ius petendi debitum amissum.

11ª. Dispensandi super impedimento publicae honestatis, iustis [pag. 126] ex sponsalibus proveniente.

12ª. Dispensandi in impedimento cognationis spiritualis, praeterquam inter levantem et levatum.

13ª. Hae vero dispensationes matrimoniales ultimae, nona, decima, undecima, et duodecima, non concedantur, nisi de consensu Episcoporum, si ibi erunt, et cum clausula, dummodo mulier rapta non fuerit, aut, si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat ; et in dispensatione tenor huiusmodi facultatum inseratur, cum expressione temporis ad quod fuerint concessae.

14ª. Dispensandi cum gentilibus et infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem et Baptismum, quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint ; nisi prima voluerit converti.

15ª. Concedendi indulgentiam plenariam primo conversis ab haeresi, atque etiam fidelibus quibuscumque, in articulo mortis, saltem contritis, si confiteri non possint.

16ª. Concedendi indulgentiam plenariam in oratione 40 horarum, ter in anno, de consensu Episcoporum, si ibi erunt, indicenda, diebus bene visis, contritis et confessis, ac Sacra Communione refectis ; si tamen ex concursu populi, vel expositione Sanctissimi Sacramenti, nulla probabilis suspicio sit sacrilegii ab haereticis et infidelibus, aut Magistratum offensum iri.

17ª. Concedendi singulis diebus Dominicis, et aliis diebus festis, decem annorum indulgentiam iis, qui eorum concionibus intervenerint ; et plenariam iis, qui praevia Sacramentali peccatorum suorum confessione, Eucharistiam Sacram sument in festis Natalis Domini, Paschatis et Assumptionis Beatissimae Virginis [pag. 127].

18ª. Lucrandi sibi easdem indulgentias.

19ª. Singulis secundis feriis non impeditis officio novem lec-

tionum, vel, iis impeditis, die immediate sequenti, celebrando Missam de Requiem, in quocumque altari, etiam portatili, liberandi animam secundum eius intentionem a Purgatorii poenis, per modum suffragii.

20ª. Deferendi Sanctissimum Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi, pro eisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab haereticis et infidelibus non sit periculum sacrilegii.

21ª. Induendi vestes saeculares, si aliter vel transire, vel permanere non poterit in locis missionum.

22ª. Recitandi Rosarium, vel alias preces, si Breviarium suum deferre non poterit, vel Divinum Officium recitare non valeat.

23ª. Benedicendi paramenta et alia utensilia ad Sacrificium Missae necessaria, ubi non intervenit Unctio ; et reconciliandi ecclesias pollutas, aqua ab Episcopo benedicta, et, in casu necessitatis, etiam aqua ab Episcopo non benedicta.

24ª. Communicandi supra dictas facultates sociis suis in Missione.

25ª. Et praedictae facultates gratis, et sine ulla mercede exerceantur ; et ad septennium tantum concessae intelligantur, eisque utendi in locis missionis suae tantum.

Feria 5ta die 5ta Junii 1642.

In Congregatione generali Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud Sanctum Petrum, Sanctissimus Dominus Noster Urbanus divina providentia Papa Octavus praedictus [pag. 128] concessit supra dictas facultates praefato fri Michaeli Paludano Ordinis S. Augustini, Praefecto Missionis eiusdem Ordinis in Hollandia, ad septennium.

Et signatum erat : Cardinalis Barberinus.

Bijlage III. — Faculteitsbrief van 1663 [20]).

Facultates concessae a Sanctissimo Dno nostro Alexandro divina providentia Papa Septimo fri Petro de Vos Ord. Eremit. S. Augustini Praefecto Missionis eiusdem Ordinis in Belgio.

1ª. Administrandi omnia Sacramenta, etiam parochialia, Ordine et Confirmatione exceptis, et quoad parochialia in Dioecesibus ubi non erunt Episcopi, vel Ordinarii, vel eorum Vicarii, vel in parochiis ubi non erunt parochi vel, ubi erunt, de eorum licentia.

2ª. Absolvendi ab haeresi, et apostasia a fide, et a schismate quoscumque etiam Ecclesiasticos, tam saeculares, quam Regulares ; non tamen eos qui ex locis fuerint, ubi Sanctum Officium exercetur, nisi in locis missionum, in quibus impune grassantur haereses, deliquerint, nec illos qui iudicialiter abiuraverint, nisi isti nati sint, ubi impune grassantur haereses, et post iudicialem abiurationem, illuc

[20]) *Manuale*, 119-123.

[pag. 120] reversi in haeresi, fuerint relapsi ; et hoc in foro conscientiae tantum.

3ª. Absolvendi a casibus Sedi Apostolicae reservatis, etiam in Bulla Coenae Domini contentis, primo conversos ad fidem Catholicam tantum, remissis aliis ad Nuntium Coloniae.

4ª. Absolvendi et dispensandi in quacumque simonia, etiam reali, dimissis beneficiis, et super fructibus male perceptis iniuncta aliqua eleemosyna, vel poenitentia salutari, arbitrio dispensantis ; et in foro conscientiae tantum.

5ta. Tenendi et legendi, non tamen aliis concedendi, libros haereticorum, vel infidelium, de eorum religione tractantium, ad effectum eos impugnandi, et alios quomodolibet prohibitos, praeter opera Caroli Molinaei, Nicolai Machiavelli, ac libros de Astrologia iudiciaria, principaliter aut incidenter, vel alias quovis modo de ea tractantes ; ita tamen ut libri ex illis provinciis non efferantur.

6ª. Celebrandi Missam quocumque loco decenti, etiam sub dio, sub terra, una hora ante auroram, et alia post meridiem, bis in die, si necessitas cogat : si tamen in prima Missa non sumpserit ablutionem : et super Altari portatili, etiam fracto, aut laeso, et sine Sanctorum Reliqiis : et praesentibus haereticis, aliisque excommunicatis, si aliter celebrari non possit : et non sit periculum sacrilegii : dummodo inserviens Missae non sit haereticus, vel excommunicatus.

Huiusmodi autem facultate rarissime, et ex gravissimis et urgentissimis causis utatur : in quo graviter eius conscientia oneratur. Quod si ad praesens vel in posterum quandocumque, aderit Episcopus, aut Vicarius generalis, aut Capitularis, sive Vicarius apostolicus ad cuius dioecesim seu administrationem pertineant loca, ubi secundo celebrari contigerit, praefata facultas bis celebrandi nullius prorsus sit roboris ac valoris, nisi prius praedicto Episcopo, aut eo absente, ipsius Vicario generali, aut respective capitulari, aut Vicario apostolico fuerit exhibita, ab eoque examinatae [pag. 121] et approbatae fuerint in scriptis causae ea utendi, nec aliter concessa intelligatur, quam iuxta moderationem ab ipso apponendam, et non alias. Cuius Episcopi, seu Vicarii conscientia oneratur, ut non nisi urgentissimis causis, ut supra dictum est, et ad breve tempus, ea uti permittat.

Quam tamen facultatem poterit Episcopus, seu Vicarius, si in Domino visum fuerit expedire, et ad aliud breve tempus, pluries, et eadem servata forma, prorogare, intra tempus in hac facultate a Sancta Sede concessum, et non ultra. Id ipsum autem prorsus servetur ab iis quibus haec eadem facultas celebrandi bis in die, iuxta potestatem inferius apponendam, communicata fuerit : adeo ut nemo ex ipsis, nisi iuxta moderationem, ab Episcopo, vel eius Vicario generali, vel Capitulari, seu Vicario apostolico, ut dictum est, singulis apponendam, huiusmodi facultati uti valeat : iniuncto eorumdem Episcoporum, seu Vicariorum conscientiae, ut, ultra superius dicta non omnibus indifferenter, quibus fuerit communicata, sed

paucis dumtaxat, iisque maturioris prudentiae et zeli, et qui absolute necessarii sunt ; nec pro quolibet loco, sed ubi gravis necessitas tulerit, et ad breve tempus, ut dictum est, facultatem quoad hoc communicatam approbet.

7ª. Dispensandi et commutandi vota simplicia in alia pia opera, exceptis votis castitatis et religionis.

8ª. Dispensandi in foro conscientiae super irregularitate, ex delicto occulto proveniente, et non deducto ad forum contentiosum ; non tamen ex homicidio voluntario aut bigamia.

9ª. Dispensandi cum conversis ad fidem catholicam in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis simplice et mixto, quoad praeterita matrimonia ; et in dictis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

10ª. Dispensandi cum iisdem super impedimento publicae honestatis iustitiae, ex sponsalibus proveniente.

11ª. Dispensandi cum eisdem super impedimento criminis, neutro tamen coniugum machinante [pag. 122].

12ª. Dispensandi cum eisdem super impedimentis cognationis spiritualis, praeterquam inter levantem et levatum.

13ª. Hae tamen dispensationes matrimoniales ultimae, nona, decima, undecima, et duodecima, non concedantur nisi de consensu Episcoporum, ubi erunt, et cum clausula dummodo mulier rapta non fuerit ; vel, si rapta fuerit, non sit in potestate raptoris. Et in dispensatione tenor huiusmodi inseratur, cum expressione temporis, ad quod fuerint concessae.

14ª. Restituendi ius petendi debitum amissum.

15ª. Concedendi Indulgentiam plenariam in oratione quadraginta horarum, ter in anno, de consensu Episcoporum, si ibi erunt, indicenda, diebus bene visis, contritis et confessis, et Sacra Communione refectis, si tamen ex concursu populi, et expositione Sanctissimi Sacramenti, nulla probabilis suspicio sit sacrilegii ab haereticis, aut Magistratum offensum iri.

16ª. Concedendi Indulgentiam plenariam primo conversis ab haeresi, atque etiam fidelibus quibuscumque, in articulo mortis, saltem contritis, si confiteri non poterunt.

17ª. Lucrandi sibi easdem Indulgentias.

18ª. Singulis secundis feriis, non impeditis officio novem lectionum, vel, eis impeditis, die immediate sequenti celebrando Missam de Requiem, in quocumque altari, etiam portatili, liberandi animam, secundum eius intentionem, a Purgatorii poenis, per modum suffragii.

19ª. Communicandi has facultates in totum vel in partem fratribus suae missionis, quos Sacra Congregatio [pag. 123] de Propaganda Fide destinaverit et approbaverit, et non aliis, tam pro omnibus locis in ea missione contentis, quam pro aliquibus eorum, et ad tempus sibi bene visum, prout magis in Dno expedire iudicaverit ; nec non easdem, quantum opus fuerit revocandi, sive etiam moderandi tam circa earum usum, quam circa loca et tempus easdem

exercendi, ita tamen ut nec eidem Praefecto, nec ipsorum cuilibet liceat eisdem ullo pacto uti extra fines suae missionis.

20ª. Ut praedictae facultates gratis, et sine ulla mercede exerceantur, et ad annos tres tantum concessae intelligantur.

Feria 5ta die 29 Junii 1663.

In Congregatione generali Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud Sanctum Mariam Maiorem, Sanctissimus Dns noster Alexander Papa Septimus praedictus, concessit supradictam facultatem praefato fratri Petro de Vos, Ordinis Erem. S. Augustini, Praefecto missionum eiusdem Ordinis in Belgio, ad triennium proxime futurum.

Card. Franciscus Barberinus.

Locus Sigilli.

Joannes Lupus

Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis Notarius.

Bijlage IV. — Facultеitsbrief van 1673 [21]).

Facultates concessae a Smo P. N. Clemente divina providentia Papa X fri Petro Parmentier Ord. Eremit. S. Augustini Praefecto missionum eiusdem Ordinis in Provinciis Belgii foederatis.

1ª. Administrandi omnia Sacramenta, etiam parochialia, Ordine et Confirmatione exceptis, et quoad parochialia [pag. 172] in Dioecesibus, ubi non erunt Episcopi vel Ordinarii, vel eorum Vicarii ; vel in parochiis, ubi non erunt parochi, vel ubi erunt, de eorum licentia.

2ª. Absolvendi ab haeresi et apostasia, et a schismate, quoscumque, etiam Ecclesiasticos, tam Saeculares, quam Regulares, non tamen eos qui de locis fuerint, ubi Sanctum Officium exercetur, nisi in locis missionum, in quibus impune grassantur haereses deliquerint, nec illos qui iudicialiter abiuraverunt [22]), nisi isti nati sint ubi impune grassantur haereses, et post iudicialem abiurationem illuc reversi in haeresim fuerint [23]) relapsi, et hos in foro conscientiae tantum.

3ª. Absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicae reservatis, etiam in Bulla Coenae Domini contentis.

4ª. Absolvendi et dispensandi a Simonia, non tamen reali, nisi dimissis beneficiis et fructibus ex eis male perceptis, arbitrio Sanctitatis Suae restitutis, si facilis erit [24]) recursus ad Sedem Apostolicam : si vero difficilis, vel ob distantiam locorum, aut alias causas, etiam in reali, dimissis beneficiis, et super fructibus male perceptis,

[21]) *Manuale,* 171-177.

[22]) *abiuraverint* in 1678 sq.

[23]) *fuerint,* weggelaten in 1678 (niet in de volgende jaren).

[24]) *sit* in 1678.

iniuncta aliqua eleemosyna, vel poenitantia salutari, arbitrio dispensatis ; vel etiam retentis beneficiis, si fuerint parochialia, et non sint qui parochiis praefici possint.

5ª. Tenendi et legendi, non tamen aliis concedendis, libros haereticorum [25]) vel infidelium de eorum religione tractantium, ad effectum eos impugnandi, et alios quomodolibet prohibitos, praeter opera Caroli Molinaei et Nicolai Machiavelli, et libros de Astrologia iudiciaria principaliter vel incidenter vel alio [26]) quovis modo de ea tractantes : ita tamen ut libri de illis Provinciis non efferantur [pag. 173].

6ª. Celebrandi Missam quocumque loco decenti, etiam sub dio, sub terra, una hora ante auroram, et alia [27]) post meridiem, bis in die, si necessitas cogit [28]), si tamen in prima Missa non sumpserit ablutionem ; et super Altari portatili, etiam fracto aut laeso, et sine Sanctorum reliquiis et praesentibus haereticis aliisque excommunicatis, si aliter celebrari non possit et non sit periculum sacrilegii, dummodo inserviens Missae non sit haereticus vel excommunicatus.

Huiusmodi autem facultate [29]) bis in die nullatenus uti liceat nisi rarissime et gravissimis et urgentissimis de causis in quo graviter oneratur eius conscientia. Quod si ad praesens vel in posterum quandocumque aderit Episcopus vel Vicarius generalis aut Capitularis sive Vicarius Apostolicus, ad cuius dioecesim [30]) pertineant loca in quibus [31]) secundo celebrari contigerit, praefata facultas bis celebrandi nullius prorsis sit roboris ac momenti, nisi prius dicto Episcopo aut eo absente ipsius Vicario generali, aut respective Capitulari aut Vicario Apostolico fuerit exhibita, ab eoque examinatae et approbatae fuerint causae in scriptis ea utendi, nec aliter concessa intelligatur, quam iuxta moderationem ab ipso apponendam, et non alias, cuius Episcopi seu Vicarii conscientia oneratur, ut non nisi de urgentissimis causis, ut supra dictum est, et ad breve tempus, ea uti permittat ; quam tamen facultatem poterit Episcopus vel Vicarius si in Dno visum fuerit expedire, ad aliud breve tempus [32]) et servata eadem forma, prorogare, intra tempus in hac facultate a Sancta Sede concessum, et non ultra. Idipsum autem prorsus servetur ab iis, quibus haec eadem facultas celebrandi bis in die iuxta potestatem inferius apponendam communicata fuerit, adeo ut [33]) nemo ex ipsis, nisi iuxta moderationem ab Episcopo etc., ut

[25]) *haereticos* in 1681.
[26]) *alias* in 1678 sq.
[27]) *aliam* in 1678 sq.
[28]) *cogat* in 1678 sq.
[29]) *facultatibus* in 1684; *celebrandi* toegevoegd in 1678 sq.
[30]) *seu administrationem* toegevoegd in 1678 sq.
[31]) *ubi* i. pl. v. *in quibus* in 1678 sq.
[32]) *pluries*, ingevoegd in 1678 sq.
[33]) *atque* i. pl. v. *adeo ut* in 1678 sq.

dictum est, singulis apponendam ea [34]) uti valeat : nec omnibus indifferenter concedatur, sed maturioris prudentiae et zeli.

7ª. Dispensandi vel commutandi vota simplicia, etiam castitatis de rationabili causa, in alia opera pia, non tamen Religionis [pag. 174].

8ª. Dispensandi in foro conscientiae super irregularitate ex delicto occulto proveniente, et non deducto ad forum contentiosum, non tamen de homicidio [35]), aut bigamia.

9ª. Dispensandi in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis simplici et mixto tantum [36]), et in secundo, tertio, et quarto mixtis, non tamen in secundo solo, quoad futura matrimonia ; quo vero ad praeterita, etiam in secundo solo, dummodo nullo modo attingat primum gradum, cum his qui ab haeresi vel infidelitate convertuntur ad fidem Catholicam, et in praefatis casibus prolem declarandi legitimam.

10ª. Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen coniugum machinante, ac restituendi ius petendi debitum amissum.

11ª. Dispensandi super impedimento publicae honestatis iustitiae ex sponsalibus proveniente.

12ª. Dispensandi in impedimento cognationis spiritualis, praeterquam inter levantem et levatum.

13ª. Hae vero dispensationes matrimoniales, videlicet 9ª, 10ª, 11ª, et 12ª, non concedantur nisi cum clausula [37]) De consensu Episcoporum, si ibi erunt, et Dummodo mulier rapta non fuerit, vel, si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat. Et in dispensatione tenor huiusmodi facultatum inseratur, cum expressione temporis ad quod fuerint concessae.

14ª. Dispensandi cum gentilibus et infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem et baptismum, quam de illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti.

15ª. Concedendi Indulgentiam plenariam in oratione 40 [pag. 175] horarum ter in anno de consensu Episcoporum, si ibi erunt, indicendam [38]) diebus bene visis, contritis et confessis, ac Sacra Communione refectis ; si tamen ex concursu populi, vel expositione

[34]) *huiusmodi facultate* in 1678 sq. Verder aldus aangevuld: « Iniuncto eorumdem Episcoporum, seu Vicariorum conscientiae, ut ultra superius dicta, non omnibus indifferenter quibus fuerit communicata, sed paucis dumtaxat, iisque maturioris prudentiae et zeli, et qui absolute necessarii sunt, nec pro quolibet loco, sed ubi gravis necessitas tulerit, et ad breve tempus, ut dictum est, facultatem quoad hoc approbat communicatam » in 1678 sq.

[35]) *voluntario*, ingevoegd in 1678 sq.

[36]) *tantum*, weggelaten in 1678 sq.

[37]) *cum clausula*, geplaatst voor *Dummodo mulier* in 1678 sq.

[38]) *indicenda* in 1678 sq. en *indicandam* in 1793.

[39]) *prorsus*, weggelaten in 1678 sq.

S^mi Sacramenti nulla prorsus [39]) sit probabilis suspicio sacrilegii ab haereticis et infidelibus, aut Magistratum offensum iri [40]).

16ª. Concedendi Indulgentiam plenariam primo conversis ab haeresi atque etiam fidelibus quibuscumque in articulo mortis, saltem contritis, si confiteri non possint [41]).

17ª. Concedendi singulis Dominicis et aliis diebus festis decem annorum Indulgentiam iis qui eius [42]) concionibus interfuerint [43]), et iis plenariam qui praevia Sacramentali Confessione peccatorum suorum Sacram Eucharistiam sument in festis Natalis Dni, Paschatis et Assumptionis Divae [44]) Virginis.

18ª. Lucrandi sibi easdem Indulgentias.

19ª. Singulis feriis secundis, non impeditis festo [45]) novem lectionum, vel eis impeditis, die immediate sequenti celebrando Missam, in quocumque altari etiam portatili, de Requiem liberandi animam, secundum eius intentionem, a Purgatorii poenis per modum suffragii [46]).

20ª. Deferendi Sanctissimum Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi, pro iisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab haereticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii [47]).

21ª. Induendi se vestibus saecularibus [48]), si aliter vel transire vel permanere non poterit [49]) in locis missionum.

22ª. Recitandi Rosarium vel alias preces, si Breviarium secum deferre non poterit, vel Divinum Officium ob aliquod impedimentum legitimum [50]) recitare non valeat [51]).

23ª. Benedicendi paramenta, vel alia utensilia, ad Sacrificium [pag. 176] Missae necessaria, ubi non intervenerit [52]) Sacra Unctio ; et reconciliandi Ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta, et, in casu necessitatis, etiam aqua ab Episcopo non benedicta.

24ª. Communicandi has facultates in totum vel in parte sociis suae missionis, quos aut Sacra Congregatio de Propaganda Fide, aut una cum Internuntio Bruxellensi Vicarius Apostolicus [53]) appro-

[40]) Deze faculteit is sedert 1678 na de volgende geplaatst.
[41]) *poterunt* in 1678 sq.
[42]) *eorum* in 1793.
[43]) *interveneri(n)t* in 1678 sq.
[44]) *Beatissimae* in 1678 sq.
[45]) *Officio* in 1793.
[46]) Deze faculteit is weggelaten in 1681.
[47]) Deze faculteit ontbreekt in 1678.
[48]) *etiam si fuerint Regulares,* toegevoegd in 1684.
[49]) *poterunt* in 1793.
[50]) *ob aliquod impedimentum legitimum,* weggelaten in 1678 sq.
[51]) *valeant* in 1793.
[52]) *intervenit* in 1678, ook in 1793.
[53]) *Provinciarum Belgii foederatorum* in 1678, 1681.

baverit [54]) in scriptis, et non alias nec aliter sociis concessae aut communicatae intelligantur, quam ad formam Concoradatorum inter Vicarium Apostolicum foederati Belgii [55]) et Regulares anno 1624 initorum, et a Sacra Congregatione approbatorum, tam circa illarum usum, quam circa loca et tempus easdem exercendi ; ita tamen, ut nec eidem Praefecto, nec ipsorum cuilibet liceat ullo pacto uti extra fines suae missionis [56]).

25ª. Hae facultates praedictae gratis et absque [57]) ulla mercede exerceantur, et ad annos tres tantum [58]) concessae intelligantur.

Feria 5ta die 13 Julii 1673.

In Congregatione generali Sacrae Romanae et Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud Sanctam Mariam Maiorem, Smus P. N. Clemens X praedictus concessit facultates supradictas praefato fratri Petro Parmentier Ord. Eremit. S. Augustini Praefecto missionum eiusdem Ordinis in provinciis Belgii foederatis ad triennium proximum.

Cardinalis Barbarinus.

Franciscus Riccardus S. Romanae et Universalis Inquisitionis Notarius. Infra haec addit suo calamo Pater Parmentier : sc. ut sequitur approbavit Reverendissimus Vicarius :

Approbamus ut frater Petrus Parmentier utatur [pag. 177] facultatibus sibi a Smo Dno nostro concessis : ita tamen, ut nullo modo utatur illis quae numero 4to, 7°, 9°, 11°, et 12° continentur. Aliis autem non utatur nisi iuxta formam in illis praescriptam. Ita ille, ita et ego. Quod si tamen aliquid circa illa oriatur, mihi rescribat, quia ad Sedem Apostolicam haec approbatio relata est, sed non approbata.

[54]) *approbavit* in 1678, 1681.

[55]) *foederati Belgii*, vervallen in 1678, 1681.

[56]) In 1684 luidt deze faculteit aldus: « Communicandi has facultates in totum, vel in parte fratribus suae missionis, quos Sacra Congregatio de Propaganda Fide destinaverit, et approbaverit, et non aliis, tam pro omnibus locis in ea missione contentis, quam pro aliquibus eorum, et ad tempus sibi bene visum, prout magis in Domino expedire judicaverit, necnon quatenus opus fuerit, revocandi, sicut etiam moderandi, tum circa illarum usum, quam circa loca et tempus easdem exercendi, quod etiam eo absente Vice-Praefecto, nec ipsorum cuilibet liceat, eisdem ullo pacto uti extra fines suae missionis; tempore vero sui obitus, liceat eidem si in missione praesens fuerit, hanc eamdem praefecto facultatem alteri communicare, si vero fuerit absens, hoc ipsum Vice-Praefecti tempore obitus ipsius Vice-Praefecti concessum intelligatur, ut sit, qui interim possit supplere, donec Sedes Apostolica certior facta, quod quampridem fieri debebit, et delegatum alio modo provideat ». Dit hele nummer ontbreekt echter in 1793.

[57]) *sine* in 1678 sq.

[58]) *tantum* ontbreekt in 1678. In 1793 is de geldigheidsduur van de faculteiten niet hier aangegeven.

Bijlage V. — Facultеitsbrief van 1790 [59]).

Trifaria intentio Christi in diligenda Ecclesia ab Apostolo indicatur, ita tamen ut scopus sanctificandi Ecclesiam potius ter manifestetur, quam ut triplex distinctus scopus denotetur.

Et primo quidem, Christus se tradidit pro Ecclesia, *ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae* [23]). Metaphora balnei in praesentiarum desumitur ex balneo sponsae ante matrimonium, et optime adaptatur balneo spirituali in sacramento baptismatis. Et re quidem vera, Christus sponsus Ecclesiam sponsam lavat et sanctificat sanguine suo per lavacrum aquae in verbo, quod significat vel formam sacramenti vel confessionem fidei. Vox autem « vitae » deest in textu originali.

Christus se tradidit secundo, *ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi* [24]). Ipse Sponsus sibi salvavit et ornavit Sponsam Ecclesiam, nam Christus non dilexit Ecclesiam, quia erat sancta et pulchra, sed ut eam redderet sanctam seu gloriosam, sine macula deformitatis aut ruga vetustatis aut qualibet foeditate, quae in sponsa displicet. Christus curabit, ut sponsa sua sit semper juvenis et speciosa.

Christus se tradidit tertio, *ut* (Ecclesia sua) *sit sancta et immaculata* [25]). Quaenam autem Ecclesia ut sancta exhibetur ? Alii intelligunt Ecclesiam triumphantem, caelestem ; alii vero Ecclesiam militantem, terrestrem, sed abeunt in diversas vias ad explicandam exsistentiam peccatorum in Ecclesia. In secunda parte dissertationis hanc quaestionem iterum considerabimus, et mentem Sancti Augustini speciatim determinabimus.

Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit [26]). Oportet ut viri diligant

[22]) Vide Vosté, o. c., pag. 236.
[23]) *Ephes.*, V, 26.
[24]) *Ephes.*, V, 27 a.
[25]) *Ephes.*, V, 27 b.
[26]) *Ephes.*, V, 28.

uxores suas proprias quia, propterea quod uxores sunt viris tamquam corpora sua. Parallelismus cum exemplo Christi hunc sensum exigit: uxor est corpus viri, sicut Ecclesia est Corpus Christi. Et re quidem vera, Ecclesia est Sponsa et Corpus mysticum Christi, quia Christum quasi perpetuat in tempore et extendit in spatio, sicuti etiam uxor virum perpetuat et ejus vitam prorogat in terra.

Nemo enim umquam carnem suam odio habuit, sed potius, natura stimulante, *nutrit et fovet eam* seu alit et vestimentis protegit, *sicut Christus Ecclesiam* nutrit et fovet per gratias et alia dona, praesertim per Eucharistiam. Apostolus non dicit: Quia Ecclesia est corpus Christi, sed *Quia membra sumus corporis ejus* [27]), cum ipsi Ephesii omnesque Christiani mystico sensu constituant corpus Christi. Sanctus Paulus scribit ad Romanos: *Ita multi unum corpus sumus in Christo* [28]) ; et ad Corinthios: *Vos autem estis corpus Christi* [29]). Verba *De carne ejus et de ossibus* ejus desunt in codicibus majoris auctoritatis.

Propter hoc relinquet homo patrem et matrem (vulg. *suam*), *et adhaerebit uxori suae ; et erunt duo in carne una* [30]). Tanta est dilectio sponsi erga sponsam, ut pro ipsa parentes relinquat ; tam intima est unio inter conjugatos, ut sint in carnem unam. Qua unione antea nitebatur Apostolus, ad mutuam dilectionem inter sponsos inculcandam, cum dixerit: Nemo umquam carnem suam odio habuit.

Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia [31]). Sermo non est de ultimo Novae Legis Sacramento, sed de ipso conjugio naturali, a Deo instituto, quod mysticam seu spiritualem unionem inter Christum et Ecclesiam significat. Ex unione inter Adam et Evam nascuntur homines secundum naturam ; ex unione inter Christum et Ecclesiam nascuntur filii Dei in gratia.

Professor L. Cerfaux apposite scribit de hac comparatione: Paul cite solennellement et *in-extenso* la Genèse et il y découvre une signification mystique profonde: cette union et cet amour de l'homme pour la femme visait, par dessus le mariage, l'union du Christ et de l'Eglise ; de même que le premier Adam et le second

[27]) *Ephes.*, V, 29-30.
[28]) *Rom.*, XII, 5.
[29]) *I Cor.*, XII, 27.
[30]) *Ephes.*, V, 31.
[31]) *Ephes.*, V, 32.

se correspondent, celui-là dans l'ordre charnel, celui-ci dans l'ordre spirituel, ainsi le premier mariage et le second, c'est-à-dire celui du Christ et de l'Eglise, qui est spirituel. Désormais le mariage chrétien portera l'image de l'union spirituelle du Christ avec son Eglise » [32]).

Concludendo, Apostolus repetit praecepta praecedentia: *Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat ; uxor autem timeat virum suum* [33]). Maritus diligat uxorem sicut alterum *ego*, quasi unio esset realis in unam personam, et uxor timeat maritum suum, non metu servili, sed timore reverentiae et officiosae subjectionis. Quamvis conjugati sibi mutuo membra sint, et sese invicem diligere debeant, tamen non est stricta aequalitas inter illos, quia viro principatus competit. Idem prorsus dicendum de habitudine inter Christum et Ecclesiam.

II

Sanctus Augustinus non tantum in enarrationibus in Psalmos et in sermonibus, sed etiam in quibusdam epistolis et in scriptis polemicis praesertim contra Donatistas docet Christum esse caput Ecclesiae, et Ecclesiam esse corpus Christi, ita ut quasi unam personam efforment et unam vocem proferant.

Sanctus Doctor hanc unionem inter Christum et Ecclesiam ut maxime pretiosum donum Dei aestimat: « Nullum majus donum praestare posset Deus hominibus, quam ut Verbum suum per quod condidit omnia, faceret illis caput, et illos ei tanquam membra coaptaret » [34]). Doctrina de hac unione saepissime inculcatur, utpote auditoribus valde utilis: « Commendamus autem saepius, nec nos piget iterare quod vobis utile est retinere, Dominum Nostrum Jesum Christum plerumque loqui ex se, id est ex persona sua, quod est caput nostrum ; plerumque ex persona corporis sui, quod sumus nos et Ecclesia ejus ; sed ita quasi ex unius hominis ore sonare verba, ut intelligamus caput et corpus in unitate integritatis consistere, nec separari ab invicem » [35]). « Multa ergo membra ejus,

[32]) L. CERFAUX, o. c., pag. 268.
[33]) *Ephes.*, V, 33.
[34]) *Enarrat. in Ps.*, in Ps. 85, n. 1. P. L. 37, 1081.
[35]) *Enarrat. in Ps.* 40, n. 1. P. L. 36, 453.

sub uno capite ipso Salvatore nostro charitatis et pacis vinculo colligata, sicut nosse dignamini, quoniam saepissime audistis » [36]).

Crebro pariter Christus ut Sponsus et Ecclesia ut Sponsa a Sancto Episcopo denotantur, ita in interpretanda parabola de nuptiis filii regis. « Induite vos vestem nuptialem: vos alloquor, qui necdum habetis. Jam intus estis, jam ad convivium acceditis, et vestem in honorem sponsi nondum habetis: vestra adhuc quaeritis, non quae Jesu Christi. Vestis enim nuptialis in honore accipitur conjugationis, id est sponsi et sponsae. Nostis sponsum: Christus est. Nostis sponsam: Ecclesia est » [37]).

Manichaei acriter reprobantur, quia audent asserere suam societatem sacrilegam et immundam constituere sponsam Christi [38]), et Donatistae irridentur, eo quod sponsum invisibilem in caelo admittere et sponsam visibilem in terris negare audeant: « Sponsus in caelo est, sponsa in terra est: ille super omnes caelos, illa super omnem terram. O haeretice, credis quod in caelo non vides, negas quod in terra vides » [39]). Saepe indicatur, quomodo a sponso manifestari debeat sponsa, ne erremus: « Sponsus Christus, sponsa Ecclesia. Ab sponso cognoscimus sponsam. Dicat nobis ipse sponsus, quam habet sponsam, ne fortassis erremus » [40]).

Ad mentem ipsius Apostoli, Divus Augustinus docet Christum esse sponsum quia caput, et Ecclesiam esse sponsam quia corpus, ita ut omnimoda aequivalentia inter duas figuras jugiter asseratur. « Unus homo caput et corpus, unus homo Christus et Ecclesia, vir perfectus, ille sponsus, illa sponsa: sed *erunt*, inquit, *duo in carne una* (*Gen.*, II, 24) » [41]). « Fit ergo tanquam ex duobus una quaedam persona, ex capite et corpore, ex sponso et sponsa. Nam unitatem personae hujus miram et excellentem commendat etiam Isaias Propheta: nam loquens etiam in eo Christus in prophetia ait: *Sicut sponso alligavit mihi mitram, et sicut sponsam ornavit me ornamento* (*Isai.*, LXI, 10) » [42]). « Et quomodo sponsus et sponsa, sic

[36]) *Enarrat. in Ps.* 69, n. 1. P. L. 36, 866. Cfr *Enarrat. in Ps.* 140, n. 3. P. L. 37, 1817; in Ps. 142, n. 3. P. L. 37, 1846.

[37]) *Sermo* 90, n. 6. P. L. 38, 563.

[38]) *Contra Faustum Manichaeum libri 33*, L. 15, c. 3. P. L. 42, 304.

[39]) *Sermo* 47, n. 19. P. L. 38, 308.

[40]) *Sermo* 183, n. 10. P. L. 38, 991.

[41]) *Enarrat. in Ps.* 18, n. 10. P. L. 36, 161.

[42]) *Enarrat. in Ps.* 30, n. 4. P. L. 36, 232.

caput et corpus: quia caput mulieris vir. Sive ergo dicam caput et corpus, sive dicam sponsum et sponsam: unum intelligite » [43]).

In comprobationem hujus doctrinae, verba Domini et Apostoli: *Erunt duo in carne una* (Matth., XIX, 5), quod sacramentum magnum est in Christo et in Ecclesia (vide *Ephes.*, V, 31, 32), frequentissime citantur et explicantur [44]).

Christus ut homo est mysticum caput et sanctus sponsus Ecclesiae. Anno 400 jam contra Faustum Manichaeum dicitur: « Cum sit Deus apud Patrem, per quem facti sumus, factus est per carnem particeps nostri, ut illius capitis corpus esse possemus » [45]). Eadem doctrina in Enarrationibus in Psalmos et in Sermonibus inculcatur: « Neque enim, ut nonnulli dixerunt, caro sola erat et Verbum ; sed et caro, et anima, et Verbum: et totum hoc unus Filius Dei, unus Christus, unus Salvator ; in forma Dei aequalis Patri, in forma servi caput Ecclesiae » [46]). « Nam ut noveritis, quia unus homo est sponsus et sponsa, secundum carnem Christi, non secundum divinitatem: nam secundum divinitatem quod est ille, nos esse non possumus ; quia ille creator, nos creatura ; ille effector, nos facti ; ille conditor, nos conditi: sed ut essemus cum illo unum in illo, caput nostrum esse voluit, accipiendo carnem ex nobis, in qua moreretur pro nobis: ut noveritis ergo quia hoc totum unus est Christus, per Isaiam dicit: *Sicut sponso alligavit mihi mitram, et sicut sponsam induit me ornamento* (*Isai.*, LXI, 10). Ipse sponsus, ipse sponsa. Ipse plane sponsus in capite, sponsa in corpore » [47]).

Ecclesia universalis seu catholica, in loco et in tempore, gaudet dignitate corporis et sponsae Christi: « Corpus autem ejus est Ecclesia ; non ista aut illa, sed toto orbe diffusa ; nec ea quae nunc est in hominibus qui praesentem vitam agunt, sed ad eam pertinentibus etiam his qui fuerunt ante nos, et his qui futuri sunt post nos usque in finem saeculi » [48]). « Tota Ecclesia ejus quae ubique diffusa est, corpus ipsius est, cujus est ipse caput. Non

[43]) *Sermo* 341, c. 10, n. 12. P. L. 39, 1500.

[44]) Vide v. g. *Enarrat. in Ps.* 74, n. 4. P. L. 36, 949; in Ps. 55, n. 3. P. L. 36, 648; in Ps. 140, n. 3. P. L. 37, 1817; *Sermo* 45, n. 5. P. L. 38, 265; *Sermo* 91, n. 8. P. L. 38, 571; *Contra Faustum Manichaeum*, L. 12, C. 8. P. L. 42, 258.

[45]) *Contra Faustum Manichaeum Libri 33*, L. 12, C. 8. P. L. 42, 258.

[46]) *Enarrat. in Ps.* 85, n. 4. P. L. 37, 1084. Cfr *Enarrat. in Ps.* 142, n. 3. P. L. 37, 1846.

[47]) *Sermo* 91, n. 8. P. L. 38, 571. Cfr *Sermo* 45, n. 5. P. L. 38, 265-266.

[48]) *Enarrat. in Ps.* 56, n. 1. P. L. 36, 662.

solum autem fideles qui modo sunt sed et qui fuerunt ante nos, et qui post nos futuri sunt usque in finem saeculi, omnes ad corpus ejus pertinent » [49]).

Loquendo contra Donatistas, Sanctus Episcopus verba Domini ad duos discipulos in die resurrectionis suae ita applicat ad Christum et Ecclesiam suam, ut manifestum sit Ecclesiam universalem nuptias fecisse cum Christo. « Dic, Domine Jesu: dic, sancte sponse, instrue nos de corpore tuo, de sponsa tua, de columba tua, quam donasti sanguine tuo, dic: *Oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertio die.* Ecce sponsus: dic de sponsa, imple tabulas matrimoniales. Audite sponsam... *Et praedicari in nomine ejus paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes.* Ubi te abscondis ? *Per omnes gentes, incipientibus a Jeruzalem* (*Luc.*, XXIV, 46-47). Sic est factum. Legimus promissum, videmus impletum. Ecce lux mea, ubi est obscuritas tua ? Ergo Christus est sponsus hujus Ecclesiae, quae praedicatur in omnes gentes, et pullulat et crescit usque in finem terrae, incipientibus ab Jeruzalem: hujus sponsus est Christus » [50]).

Quae tamen Ecclesia universalis dicitur sponsa occulta Christi, sicut Sara fuerit Abrahae in Aegypto, quia unio spiritualis inter animas et Christum remanet invisibilis: « Est enim et Sancta Ecclesia Domino Jesu Christo in occulto uxor. Occulte quippe atque intus in abscondito secreto spirituali anima humana inhaeret Verbo Dei, ut sint duo in carne una: quod magnum conjugii sacramentum in Christo et in Ecclesia commendat Apostolus » (*Ephes.*, V, 31-32) [51]).

Quemadmodum Eva a Deo facta est ex costa Adami dormientis, eique in matrimonium data fuit, sic etiam Ecclesia formata est ex latere Christi post mortem ejus, eique ut sponsa in perpetuum consociata fuit. Fundamentum hujus similitudinis a Sancto Paulo praebetur, cum Adam vocaverit *Formam futuri* [52]).

« Dormit Adam ut fiat Eva ; moritur Christus ut fiat Ecclesia. Dormienti Adae fit Eva de latere ; mortuo Christo lancea percutitur

[49]) *Enarrat. in Ps.* 62, n. 2. P. L. 36, 749. Cfr in Ps. 90, sermo 2, n. 1. P. L. 37, 1159.

[50]) *Sermo* 183, n. 11. P. L. 38, 991-992. Cfr *Enarrat. in Ps.* 57, n. 6. P. L. 36, 678.

[51]) *Contra Faustum Manichaeum libri 33*, L. 22, cap. 38. P. L. 42, 424.

[52]) *Rom.*, V, 14. Cfr *I Cor.*, XV, 22.

latus, ut profluant sacramenta, quibus formetur Ecclesia. Cui non appareat quia in illis tunc factis futura figurata sunt, quandoquidem dicit Apostolus ipsum Adam formam futuri esse ? » [53]). « Quando dormivit in cruce, signum gestabat, imo implebat quod significatum est in Adam: quia cum dormiret Adam, costa illi detracta est, et Eva facta est (*Gen.*, II, 21, 22) ; sic et Domino cum dormiret in cruce, latus ejus lancea percussum est (*Joa.*, XIX, 34), et Sacramenta profluxerunt, unde facta est Ecclesia. Ecclesia enim conjux Domini facta est de latere, quomodo Eva facta est de latere. Sed quomodo illa non est facta nisi de latere dormientis, sic ista non est facta nisi de latere morientis » [54]). « De illo latere facta est Eva, quae nos peccando mortificaret ; de isto autem latere facta est Ecclesia, quae nos pariendo vivificaret » [55]).

Cum Eva creata fuerit, afflante Spiritu Adam dixit: *Relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori suae* [56]). Quae sensu typico de Christo intelligenda sunt. quia per incarnationem patrem caelestem in forma servi reliquit, et spiritualiter reliquit synagogam, e qua natus est secundum carnem. « Quod per historiam impletum est in Adam, per prophetiam significat Christum, qui reliquit Patrem, cum dixit: *Ego a patre exivi, et veni in hunc mundum* (*Joa.*, XVI, 28). Non loco reliquit, quia Deus loco non continetur, neque aversione peccati, sicut apostatae relinquunt Deum ; sed apparendo hominibus in homine, cum Verbum caro factum est, et habitavit in nobis... Item reliquit et matrem, id est Synagogam veterem atque carnalem observationem, quae illi mater erat ex semine David secundum carnem, et adhaesit uxori suae, id est, Ecclesiae, ut sint duo in carne una » [57]). « Reliquit Patrem, quia non hic se ostendit aequalem Patri: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens (*Phil.*, II, 7). Reliquit et matrem Synagogam, de qua carnaliter natus est » [58]).

Licet Ecclesia his in terris jam sit sponsa Christi, ducetur tantum in uxorem post reditum Domini, per unionem consummatam in

[53]) *In Joannis Evangelium tractatus*, Tr. 9, n. 10. P. L. 35, 1463. Cfr *De Genesi contra Manichaeos libri duo*, L. 2, c. 24, n. 57. P. L. 34, 216.

[54]) *Enarrat. in Ps.* 126, n. 6. P. L. 37, 1672. Cfr *in Ps.* 127, n. 11. P. L. 37, 1684; *in Ps.* 138, n. 2. P. L. 37, 1785.

[55]) *Sermo* 336, n. 5. P. L. 38, 1475. Cfr *Sermo* 5, n. 3. P. L. 38, 55.

[56]) *Gen.*, II, 24.

[57]) *De Genesi contra Manichaeos libri duo*, L. 2, c. 24, n. 57. P. L. 34, 215-216.

[58]) *Sermo* 91, n. 7. P. L. 38, 570. Cfr *Enarrat. in Ps.* 44, n. 12. P. L. 36, 501.

caelis. Cum autem Christus sponsae suae dederit arrham sanguinis suae, ipsa jam secure amabit sponsum et de ejus fidelitate numquam dubitabit.

« Et servus et ancilla es ; servus, quia populus es ; ancilla, quia Ecclesia es. Ipsa autem ancilla magnam dignitatem invenit apud Deum: uxor facta est. Sed donec veniat ad amplexus illos spirituales, ubi secure perfruatur eo quem dilexit, et cui suspiravit in ista diuturna peregrinatione, sponsa est: et accepit arrham magnam, sanguinem sponsi, cui secura suspirat... Solus ducet, quia solus talem arrham dedit. Quis enim potest sic ducere, ut moriatur pro ea quam vult ducere ? Si enim mori pro ea voluerit, non erit qui ducat. Securus autem ille pro sponsa mortuus est, quam resurgens erat ducturus » [59]). « Turpe est mulieri conjugatae non desiderare virum suum: quanto turpius Ecclesiae non desiderare Christum ? Venit vir ad carnales amplexus, et magnis votis castae uxoris accipitur: venturus est sponsus Ecclesiae ad tradendos aeternos amplexus, ad faciendos nos sibi sempiternos cohaeredes, et nos ita vivimus, ut ejus adventum non solum non desideremus, sed etiam timeamus [60]).

Ecclesia aliqua ratione vidua dicenda est, quia omnis, qui caret auxilio humano, et tantum sperat in subsidium Dei, vidua est. « Omnis Ecclesia una vidua est, deserta in hoc saeculo, si sentit illud, si novit viduitatem suam ; tunc enim auxilium praesto est illi. Nonne agnoscitis istam viduam in Evangelio, fratres mei, cum diceret Dominus oportere semper orare, et non deficere ?... Si audivit judex malus viduam, ne taedium pateretur, Deus non audit Ecclesiam, quam hortatur ut deprecetur ? » [61]). « Ideo Ecclesia vidua, quasi absente sponso, absente viro. Veniet ille, qui illam modo protegit, non visus, sed desideratus » [62]).

Christus, caput et sponsus, et Ecclesia, corpus et sponsa, in unam personam et in unam carnem copulantur, itaque mysticam unionem matrimonialem verificant secundum verba Apostoli. Cum autem duo sint in carne una, erunt pariter duo in voce una, et in passione una.

[59]) *Enarrat. in Ps.* 122, n. 5. P. L. 37, 1633.

[60]) *Sermo* 361, n. 19. P. L. 39, 1610. Cfr *De diversis quaestionibus 83 liber unus.* Q. 59, n. 4. P. L. 40, 47.

[61]) *Enarrat. in Ps.* 131, n. 23. P. L. 37, 1726.

[62]) *Enarrat. in Ps.* 145, n. 18. P. L. 37, 1897.

« Christum cum audis, noli sponsum a sponsa separare, et intellige magnum illud sacramentum: *Erunt duo in carne una* (*Ephes.*, V, 31). Si duo in carne una, quare non et in voce una ? » [63]). « Unus enim homo cum capite et corpore suo Jesus Christus, salvator corporis et membra corporis, duo in carne una, et in voce una et in passione una ; et cum transierit iniquitas, in requie una » [64]). « Patitur adhuc Christus pressuram, inquit (Apostolus) ; non in carne sua, in qua ascendit in caelum, sed in carne mea, quae adhuc laborat in terra » [65]).

Unio autem inter Christum caelestem sponsum et Ecclesiam terrestrem sponsam, per virtutes spei et charitatis accipitur.

« Et corpus in capite suo est secundum Apostolum dicentem: *Et simul resuscitavit, et simul sedere fecit in caelestibus* (*Ephes.*, II, 6). Et nos ibi sedemus, et ipse hic laborat: nos ibi sedemus secundum spem, et ille hic nobiscum est secundum charitatem. Haec compago tanquam unius hominis facit duos in carne una, sponsum et sponsam. Unde et ipse Dominus dicet: *Igitur jam non duo, sed una caro* (*Matth.*, XIX, 6) » [66]).

Sponsa a Christo conducta, a multis Patribus intelligitur Ecclesia gentium, quae spiritualiter fornicata erat in polytheismo, sed per Salvatorem ad virginitatem verae fidei reducitur et in conjugem virginalem eligitur [67]). Sanctus Augustinus docet universalem Ecclesiam antea fuisse meretricem, sed dealbatam et virginem factam esse per virtutem et passionem Christi.

« Rex tuus, et ipse est sponsus tuus. Regi nubis Deo, ab illo dotata, ab illo decorata, ab illo redempta, ab illo sanata. Quidquid habes unde illi placeas, ab illo habes » [68]). « Dealbata, illuminata, quia non per se alba. *Prius*, inquit, *fui blasphemus* (*I Tim.*, I, 13) ; et item, *Fuimus enim et nos aliquando natura filii irae, sicut et caeteri* (*Ephes.*, II, 3). Accedit gratia illuminans et dealbans: primo nigra fuisti, sed facta es alba ex gratia illius... Nonne ista est quae jacebat in coeno iniquitatum ? Nonne ista est quae jacebat

[63]) *Enarrat. in Ps.* 34, sermo 2, n. 1. P. L. 36, 333.
[64]) *Enarrat. in Ps.* 61, n. 4. P. L. 36, 730.
[65]) *Enarrat. in Ps.* 142, n. 3. P. L. 37, 1846.
[66]) *Enarrat. in Ps.* 55, n. 3. P. L. 36, 648.
[67]) Cfr S. TROMP, *Ecclesia Sponsa Virgo Mater*, *Gregorianum* 18 (1937), 12-13.
[68]) *Enarrat. in Ps.* 44, n. 26. P. L. 36, 510. Cfr *Enarrat. in Ps.* 95, n. 7. P. L. 37, 1232.

in fornicatione idolorum ? Nonne ista est quae immunda erat in omni cupiditate desiderioque carnali ? » [69]). « Sic se habet Ecclesia catholica mater nostra vera, vera illius sponsi conjux. Honoremus eam, quia tanti Domini matrona est. Et quid dicam ? Magna est sponsi et singularis dignatio: meretricem invenit, virginem fecit. Quia meretrix fuit, non debet negare, ne obliviscatur misericordiam liberantis. Quomodo non erat meretrix, quando post idola et daemonia fornicabatur ? Fornicatio cordis in omnibus fuit: in paucis carne, in omnibus corde. Et venit, et virginem fecit. In fide virgo est » [70]).

Sanctus Augustinus omnino docet Ecclesiam, sponsam Christi, esse sanctam, sed eamdem non habere maculam aut rugam, in sola caelesti Ecclesia verificabitur. Cum in libris septem de Baptismo contra Donatistas quater indicaverit verba Sancti Pauli de Ecclesia sine macula aut ruga, in retractationibus monet: « Ubicumque in his libris commemoravi, *Ecclesiam non habentem maculam aut rugam* (*Ephes.*, V, 27) ; non sic accipiendum est quasi jam sit, sed quae praeparatur ut sit, quando apparebit etiam gloriosa. Nunc enim propter quasdam ignorantias et infirmitates membrorum suorum, habet unde quotidie tota dicat: *Dimitte nobis debita nostra* » [71]).

Universa seu catholica Ecclesia jugiter petit a Deo, ut debita seu peccata dimittantur ei. « Hanc orationem dicit universa Ecclesia, quam mundat Salvator lavacro aquae in verbo, ut eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi ; tunc utique cum perficietur in re, ubi nunc proficiendo ambulatur in spe » [72]). « Stat Ecclesia in oratione, ut mundetur confessione: et quamdiu hic vivitur, sic stat » [73]).

Ecclesia tamen terrestris etiam dicenda est sancta, quia ad gloriam et perfectionem Ecclesiae caelestis perducitur [74]), et Sacramenta ejus, vel ab indignis aut haereticis ministris accepta, manent

[69]) *Enarrat. in Ps.* 103, sermo 1, n. 6. P. L. 37, 1340.

[70]) *Sermo* 213, n. 7. P. L. 38, 1063. Cfr *Sermo* 44, nn. 1, 2. P. L. 38, 258, 259.

[71]) *Libri retractationum*. L. 2, Cap. 18. P. L. 32, 637-638. Cfr L. 1, Cap. 19, n. 9. P. L. 32, 617.

[72]) *Epistola* 187, n. 28. P. L. 33, 842.

[73]) *Sermo* 187, n. 7. P. L. 38, 982. Cfr *De gestis Pelagii ad Aurelium Episcopum, liber unus*. C. 12, n. 28. P. L. 44, 336. *De nuptiis et concupiscentiis*. L. 1, cap. 34, n. 38. P. L. 44, 435.

[74]) *Libri retractationum*. L. 1, Cap. 7, n. 5. P. L. 32, 593. Cfr *Sermo* 341, n. 11. P. L. 39, 1499.

sancta [75]), et praeprimis homines sancti, etiam ante adventum Domini viventes, sunt membra ejus [76]).

Quare, ad mentem Sancti Doctoris, Ecclesia Catholica est Ecclesia Sanctorum. « Mater ista, quae in sanctis omnibus intelligitur, id est Ecclesia » [77]). « Secundam ergo Sabbati non debemus intelligere nisi Ecclesiam Christi: sed Ecclesiam Christi in sanctis, Ecclesiam Christi in his qui scripti sunt in caelo, Ecclesiam Christi in his qui mundi hujus tentationibus non cedunt » [78]) « Ergo Ecclesia sanctorum, Ecclesia Catholica est, Ecclesia sanctorum non est Ecclesia haereticorum. Ecclesia sanctorum illa est quam praesignavit Deus antequam videretur ; et exhibuit, ut videretur. Ecclesia sanctorum erat antea in codicibus, modo in gentibus: Ecclesia sanctorum antea tantummodo legebatur, nunc et legitur, et videtur. Quando solum legebatur, credebatur: modo videtur, et contradicitur » [79]). Imitando Sanctum Paulum, Augustinus crebro fideles alloquitur titulo: Sanctitas vestra [80]).

Dominus voluit ut discipuli sui poenitentiam agerent, et Ecclesiam suam cum area comparavit, in qua frumentum et palea miscentur. Quibus verbis nisus, Sanctus Augustinus docet malos esse cum bonis in Ecclesia, imo, malos forte numero superare bonos et certo exsistere inimicos ipsius Ecclesiae.

« Sunt et poenitentes in membris ejus. Non enim exclusi, et separati sunt ab Ecclesia ejus: nec omnino sibi adjungeret conjugem, nisi illa voce: *Agite poenitentiam, appropinquavit enim regnum caelorum* » [81]). « Area est Ecclesia hujus temporis: saepe diximus, saepe dicimus. Et paleam habet et frumentum » [82]). « Istos male viventes in Ecclesia ostendit Dominus, quia inde est quod scriptum est in Evangelio: *quia cum crevisset herba, apparuerunt et zizania*: quia cum coeperint homines proficere, tunc incipiunt malos sentire. Haec nota sunt vobis, ex dono Dei efficitur ut cognoscantur. Sed modo toleranda sunt zizania usque ad finem

[75]) *De Baptismo*. L. 1, Cap. 14, n. 22. P. L. 43, 121. Cfr L. 4, Cap. 4, n. 5. P. L. 43, 156.

[76]) *Sermo* 4, Cap. 11, n. 11. P. L. 38, 39.

[77]) *Sermo* 4, Cap. 13, n. 13. P. L. 38, 40.

[78]) *Enarrat. in Ps.* 47, n. 1. P. L. 36, 532.

[79]) *Enarrat. in Ps.* 149, n. 3. P. L. 37, 1951.

[80]) Cfr *Sermo* 252, n. 4. P. L. 38, 1174.

[81]) *Enarrat. in Ps.* 101, n. 1. P. L. 37, 1295.

[82]) *Enarrat. in Ps.* 25, sermo 2, n. 5. P. L. 36, 190.

messis, ne forte eradicando zizania, eradicetur simul et triticum » [83]). « In Ecclesia hujus temporis possunt esse nobiscum: in illa vero, quae post resurrectionem futura est, congregatione sanctorum esse non poterunt. Ecclesia enim hujus temporis areae comparatur, habens mixta grana cum paleis, habens permixtos bonis malos ; habitura post judicium sine ullis malis omnes bonos » [84]).

« Non possumus enim negare plures esse malos, et tam plures, ut inter eos prorsus boni non appareant, quomodo non apparent grana in area. Nam quisquis aream videt, potest putare quod palea sola sit » [85]). « Numquid isti dies maligni sunt, quos agitat circulus solis ? Faciunt malignos dies maligni homines: et sic est prope totus mundus. Inter turbas malignorum gemit paucitas frumentorum » [86]).

Mali christiani acriter reprobantur: « Qui sunt inimici Ecclesiae ? Pagani, judaei ? Omnibus pejus vivunt mali christiani... Attendens itaque multitudinem male viventium in Ecclesia, *Super omnes*, inquit, *inimicos meos factus sum opprobrium*. Pejus, inquit, vivunt mali in sacramentis meis, quam qui ad illa numquam accesserunt » [87]). Magna quaestio est, utrum peccatores extra Ecclesiam pejores sint indignis christianis, ast procul dubio « multi amissa charitate propterea non exeunt foras, quia saecularibus emolumentis tenentur, et sua quaerentes, non quae Jesu Christi, non a Christi unitate, sed a suis commodis nolunt recedere » [88]).

Christiani autem indigni non eadem ratione atque perfectione in Ecclesia manent ac fideles sancti. Et re quidem vera, Manichaei ita reprobantur: « Nunc vos illud admoneo, ut aliquando Ecclesiae Catholicae maledicere desinatis, vituperando mores hominum quos et ipsa comdemnat, et quos quotidie tanquam malos filios corrigere studet » [89]). Boni et mali corporali praesentia versantur quidem in Ecclesia, solummodo in die judicii ab invicem separabuntur modo

[83]) *Sermo* 5, n. 8. P. L. 38, 59.

[84]) *Sermo* 223, n. 2. P. L. 38, 1092.

[85]) *Enarrat. in Ps.* 47, n. 9. P. L. 36, 539. Cfr *Enarrat. in Ps.* 93, n. 20. P. L. 37, 1208.

[86]) *Sermo* 25, n. 4. P. L. 38, 168.

[87]) *Enarrat. in Ps.* 30, sermo 2, n. 6. P. L. 36, 242. Cfr Sermo 3, n. 3. P. L. 36, 248.

[88]) *De Baptismo contra Donatistas*. L. 4, C. 10, n. 15. P. L. 43, 163.

[89]) *De moribus Ecclesiae Catholicae et de moribus Manichaeorum, libri duo*, L. 1, C. 34, n. 76. P. L. 32, 1342.

definitivo, sed his in terris « affectu interim separantur boni a malis » [90]). Quare, « nec ille dicendus est esse in Ecclesia, et ad istam societatem spiritus pertinere, qui ovibus Christi corporali tantum commixtione ficto corde miscetur » [91]).

Indigni modo imperfecto sunt in Ecclesia, quia, formaliter ut indigni seu peccatores, nequeunt accedere ad Ecclesiam caelestem, quae est sine macula et ruga: « Quia nec isti Ecclesiae devoti sunt, qui videntur esse intus, et contra Christum vivunt, id est, contra Christi mandata faciunt: nec omnino ad illam Ecclesiam pertinere judicandi sunt, quam sic ipse mundat lavacro aquae in verbo, ut exhibeat sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid hujusmodi » [92]).

Qui intus sunt per Baptismum, sed a Christo separantur per vitam vitiosam, aequiparantur illis, qui foris sunt, et modo ethnicorum vivunt. « Itaque, sive intus versari videantur, sive aperte foris sint, quod caro est, caro est: sive in area in sua sterilitate perseverent, sive occasione tentationis tanquam vento extra tollantur, quod palea est, palea est. Et semper ab illius Ecclesiae quae sine macula et ruga est, unitate divisus est, etiam qui congregationi sanctorum in carnali obduratione miscetur » [93]). « Si zizania ea sola dicenda sunt, quae usque in finem in maligno errore perdurant ; et foris multa frumenta sunt, et intus multa zizania » [94]).

Ad mentem Sancti Doctoris, peccata fidelium non maculant ipsam Ecclesiam, sed manent vitia aliena ; « Sic ergo et Ecclesia Dei aliena peccata portat, non sua, tolerans usque in finem ; sicut et Dominus Jesus Christus aliena portavit » [95]). Quidquid perfectionis et sanctitatis in fidelibus reperitur, Ecclesiae est et ab Ecclesia procedit ; quidquid vero vitii et peccati fidelibus inest, extra et contra Ecclesiam exsistere dicendum est.

Licet igitur peccatores exsistant in Ecclesia, ipsa Sponsa Christi manet pura, sancta, Christo digna. Jacques Maritain hanc super-

[90]) *Enarrat. in Ps.* 8, n. 1. P. L. 36, 109.

[91]) *Sermo* 71, C. 18, n. 32. P. L. 38, 462.

[92]) *De Baptismo contra Donatistas, libri septem,* L. 4, C. 3, n. 4. P. L. 43, 155-156.

[93]) *De Baptismo contra Donatistas, libri septem.* L. 1, C. 17, n. 26. P. L. 43, 123.

[94]) *Idem.* L. 4, C. 10, n. 14. P. L. 43, 163.

[95]) *Sermo* 5, n. 4. P. L. 38, 56. Cfr *Enarrat. in Ps.* 138, n. 27. P. L. 37, 1801.

naturalem formositatem Ecclesiae, non obstantibus christianis indignis et imperfectionibus justorum, ita proponit: « Les catholiques ne sont pas le catholicisme. Les fautes, les lourdeurs , les carences et les sommeils des catholiques n'engagent pas le catholicisme. Le catholicisme n'est pas chargé de fournir un alibi aux manquements des catholiques. La meilleure apologétique ne consiste pas à justifier les catholiques ou à les excuser quand ils ont tort, mais au contraire à marquer ces torts, et qu'ils ne touchent pas la substance du catholicisme, et qu'ils ne mettent que mieux en lumière la vertu d'une religion toujours vivante en dépit d'eux. L'Eglise est un mystère, elle a sa tête cachée dans le ciel, sa visibilité ne la manifeste pas adéquatement ; si vous cherchez ce qui la représente sans la trahir, regardez le pape et l'épiscopat enseignant la foi et les mœurs, et regardez les saints au ciel et sur la terre ; ne nous regardez pas nous autres pécheurs. Ou plutôt regardez comment l'Eglise panse nos plaies et nous conduit clopin clopant à la vie éternelle... La grande gloire de l'Eglise c'est d'être sainte avec des membres pécheurs » [96]).

Mali homines a Deo tolerantur ut ad bonam frugem se recipiant, vel ut boni ad sanctiorem vitam exerceantur, sed de nullo peccatorum scimus, utrum in malitia sit perseveraturus, an potius gratia Dei convertatur et cum justis in Ecclesia caelesti coronetur. « Ne putetis gratis esse malos in hoc mundo, et nihil boni de illis agere Deus. Omnis malus aut ideo vivit ut corrigatur, aut ideo vivit ut per illum bonus exerceatur. Utinam ergo qui nos modo exercent, convertantur, et nobiscum exerceantur: tamen quamdiu ita sunt ut exerceant, non eos oderimus ; quia in eo quod malus est quis eorum, utrum usque in finem perseveraturus sit, ignoramus ; et plerumque cum tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti, et nescis » [97]).

Quotidie conspicitur lapsus bonorum et conversio malorum: « In hac quippe area possunt in palea grana deficere ; possunt rursus grana de paleis consuscitari. Quotidie fiunt ista, fratres mei: plena est vita haec suppliciis atque solatiis. Quotidie qui videbantur boni, labuntur et pereunt ; et rursus qui videbantur mali, convertuntur et vivunt » [98]). Oportet autem semper diligere peccatores, et odisse

[96]) *Religion et culture*. Paris, 1930, pag. 60.
[97]) *Enarrat. in Ps.* 54, n. 3. P. L. 36, 630.
[98]) *Sermo* 223, n. 2. P. L. 38, 1093.

peccata eorum, sicuti diligimus aegrotos, et morbos eorum odio habemus [99]).

Numquam desperandum nobis est de salute peccatoris, sive in Ecclesia modo indigno vivat, sive extra Ecclesiam visibilem versetur, quia soli damnati ab omni spe excluduntur. « Diabolus et angeli ejus in Scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quod ad ignem aeternum sint destinati. Ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos habemus occultam luctam » [100]). His in terris autem, « de nullo desperandum est, sive qui intus talis (indignus) apparet, sive qui foris manifestius adversatur » [101]).

Salus et vita peccatoribus a sola Ecclesia Catholica conceduntur, quippe quae claves regni caelorum acceperit, et solum peccatum blasphemiae Spiritus irremissibile manet, quia consistit in impoenitentia. « Haec, inquit Augustinus, sancta Ecclesia claves accepit regni caelorum ; ut in illa per sanguinem Christi, operante Spiritu Sancto, fiat remissio peccatorum. In hac Ecclesia reviviscit anima, quae mortua fuerat peccatis, ut convivificetur Christo, cujus gratia sumus salvi facti » [102]). « Unum ergo suffugium est, ne sit irremissibilis blasphemia, ut cor impoenitens caveatur ; nec aliter poenitentia prodesse credatur, nisi ut teneatur Ecclesia, ubi remissio peccatorum datur, et societas spiritus in pacis vinculo custoditur » [103]).

Pius SCHELKENS, O. Praem.

[99]) *Sermo* 4, n. 20. P. L. 38, 43.

[100]) *Enarrat. in Ps.* 54, n. 3. P. L. 36, 630.

[101]) *De Baptismo contra Donatistas, libri septem.* L. 1, C. 17, n. 26. P. L. 43, 123.

[102]) *Sermo* 214, n. 11. P. L. 38, 1071.

[103]) *Sermo* 71, n. 37. P. L. 38, 466.

Hugolin von Orvieto († 1373) über Urstand und Erbsünde

*(Fortsetzung *)*

---

8. *Die Freiheit des Willens unter der Sünde.*

Ockham und seine Schüler waren der Ueberzeugung, dass auch im gefallenen Menschen Vernunft und Wille im wesentlichen so geblieben seien, wie sie vor der Sünde waren [86]). Ganz anders nach der Auffassung unseres Augustinertheologen. Schon sein Erbsündenbegriff, der das Formale der Sünde in der Abwendung des menschlichen Geistes von Gott und in der Preisgabe an die Lüste des Leibes sieht [87]), lässt vermuten, dass Hugolin eine wesensmässige Verschlechterung der menschlichen Natur durch den Sündenfall annimmt. Tatsächlich behauptet er, der menschliche Verstand habe sich durch die Erbsünde eine « ignorantia agendorum » zugezogen [88]), der Wille aber sei nach einem Wort des hl. Anselm zur « ancilla suae affectionis ad commodum » geworden [89]).

Freilich hat diese Schwächung des Willens nach Ansicht unseres Magisters nicht zum völligen Verlust seiner Freiheit geführt. Nachdrücklich verteidigt Hugolin die Freiheit des gefallenen

*) *Augustiniana*, III (1953), 35-62.

[86]) H. DENIFLE, *Luther und Luthertum in der ersten Entwicklung* I, Mainz 1906, 535 Anm. 4. Vgl. C. FECKES, *Die Rechtfertigungslehre des Gabriel Biel*, Münster 1925, 23 ff.

[87]) Vgl. *oben* Anm. 42.

[88]) Nunc autem, quia incurrit ignorantiam agendorum, non potest in dictamen illud absque speciali suffragio illustrationis divinae. — Hugolinus DE URBEVETERI, *Commentaria in quattuor libros Sententiarum II* dist. 26 qu. art. 1, Angelica 4 fol. 135 vb, Vat. lat. 1094 fol. 99 vb.

[89]) Post desertam iustitiam facta est voluntas ancilla suae affectionis ad commodum. — *l. c.* art. 3, A 136 vb, V 100 va.

Menschen gegen den Determinismus seiner Zeit. Frei nennt er ein Sein, das aus sich selbst zum Handeln befähigt ist [90]). Worin sieht er aber das Wesen der geschöpflichen Freiheit ? Göttliche wie geschöpfliche Willensfreiheit besage « Freisein zum Gegenteil » [91]). Hugolin betont in der Willensfreiheit also vor allem die libertas contrarietatis. Man nenne den menschlichen Willen frei, weil er positis omnibus causaliter praeviis sich für Gut und Bös entscheiden kann [92]).

Unser Magister erläutert diese Begriffsbestimmung näher durch Gegenüberstellung der göttlichen und menschlichen Willensfreiheit, des arbitrium liberum simpliciter und des arbitrium liberum secundum quid. Der göttliche Wille kann aus sich allein — d. h. ohne fremde Hilfe — jedes Wesen hervorbringen, der geschöpfliche dagegen keines. Auf die Mitwirkung des göttlichen Willens ist jedwede andere freie oder unfreie Ursache angewiesen, auf die Mitwirkung des geschöpflichen Willens keine. Der göttliche Wille besitzt ein causale dominium über jedwede Wirksamkeit anderer Ursachen, der geschöpfliche Wille nicht. Der göttliche Wille kann alles, was er wollen kann, auch vollbringen, der geschöpfliche Wille nicht. Der göttliche Wille kann von niemand gezwungen werden, wohl aber der menschliche. Hugolin gibt dazu freilich eine einschränkende Erklärung. Gewiss unterliege der Wille unter der Sünde leicht einem solchen Zwang, nicht aber im Zustande der Gerechtigkeit. Der gerechte Wille könne zu einer schweren Sünde niemals gezwungen werden, im Urstande sei sogar die Nötigung zu einer lässlichen Sünde ausgeschlossen gewesen. Schliesslich betont unser Augustiner, dass der

[90]) Arbitrium... dicitur liberum, id est ex se solo sufficiens in agendo. — *lib. II dist.* 25 qu. 3 art. 2 concl. 2, A 133 ra, V 97 va.

[91]) Tertia conclusio: Voluntas divina est essentialiter libera ad contradictionem. — Quinta conclusio: Voluntas creata viatoris est essentialiter libera ad contradictionem, quia ceteris positis ab actu volendi A potest non velle A et potest velle A. — *lib. II dist.* 25 qu. 1 art. 2, A 130 rb-va, V 95 va. — Vgl. auch A. ZUMKELLER, *Hugolin von Orvieto und seine theologische Erkenntnislehre*, Würzburg 1941, 189.

[92]) Secunda conclusio: Arbitrium liberum viatoris iustum vel iniustum ideo praecise dicitur liberum, id est ex se solo sufficiens in agendo, quia positis omnibus causaliter praeviis ad utrumque genus libere operandi, scilicet iuste et iniuste, ex se potest non recte velle et potest prave velle et in hoc potest incipere remissius vel intensius operari. — *lib. II dist.* 25 qu. 3 art. 2, A 133 ra, V 97 va.

göttliche Wille durch keine Schwierigkeiten gehemmt werden könne, während der menschliche Wille — unter der Sünde wie im Stande der Gnade — vielfachen Hemmungen solcher Art unterliege [93]).

Zwei Punkte, die in dieser Gegenüberstellung von menschlichem und göttlichen Willen nur kurz angedeutet sind, werden von Hugolin noch ausführlicher erörtert: *a*) die Unterstützung des

[93]) Liberum arbitrium est duplex, scilicet liberum arbitrium simpliciter et liberum arbitrium secundum quid. Et liberum arbitrium simpliciter est solius Dei, quod nullo modo est ab alio nec liberum ab alio. Secundum est arbitrium creatum ab alio. Primum habet octo condiciones seu aliqualiter esse perfectione denotantia conveniunt sibi, in quibus differt a libero arbitrio secundum quid. Prima perfectio, scilicet complexe significabilis, est: Quamlibet essentiam factibilem habet in solius sui potestate facere et non facere et destruere sic, quod nullo coagente eget... Secunda: Quaelibet alia causa libera vel non libera eget libertate eius sic, quod subducta ista prima libertate nihil penitus fieret a causa secunda... Tertia: Super qualitercumque operari cuiuslibet alterius causae habet libertatem seu causale dominium, non tantum effectualem efficientiam, aut faciendo libere, ut sit causa, aut sponte sinendo esse causam, cum impediri possit... Quarta: Qualitercumque potest velle ad extra, taliter esse potest ponere in effectum. Quinta: In eius potestate est omne contingens, scilicet contingens ad sic esse, ut potest ponere in effectum... Sexta: A nullo potest necessitari et in nullo suo operari potest necessitari. Septima: Nullo modo potest difficultari... Octava: Qualitercumque vult ad extra, in potestate sua est, numquam taliter voluisse... Liberum arbitrium creatum habet modum libere agendi secundum quid. Et habet ab alio vel contingenter sic, quod potest usus istiusmodi pro semper impediri. Et sic essent octo (korr. aus: novem) condiciones vel differentiae. Prima igitur opposita condicio vel imperfectio complexe significabilis est, quia nullam essentiam factibilem potest se solo producere, sed eget aliis causis vel alia causa coagente... Secunda: Nulla causa libera alia eget de necessario coefficientia liberi arbitrii secundum quid, in quantum scilicet liberum est, quin possit suppleri et cetera. Tertia: Non qualitercumque potest velle, potest in effectu facere esse... Quarta: Non super qualitercumque operari alterius causae habet libertatem vel causale dominium nec effectualem coefficientiam nec faciendo causam esse causam nec sponte sinendo, cum impediri possit. Quinta: Non est in eius potestate omne contingens, quod est vel esse potest res contingens vel contingenter sic est... Sexta: Potest necessitari in operari suo... Ex his infero duo corollaria. Primum: Impossibile est voluntatem iustam necessitari peccare mortaliter... Secundum: Iustitia creaturae repugnat necessitationi ad culpam mortalem et iustitia originalis cum gratia repugnat necessitationi ad culpam quamlibet, etiam venialem. Septima (korr. aus: septimum): Liberum arbitrium creatum potest difficultari multipliciter, sive sit in gratia, sive non... Octava: Non est in potestate numquam voluisse, si voluit. — *lib. II dist.* 24 qu. 1 art. 1, A 125 rb-va, V 91 rb-va.

Willens durch andere Ursachen, *b*) die hemmenden Erschwernisse, denen er oftmals unterliegt.

Es ist nach unserem Theologen ein Wesensmerkmal des geschöpflichen Willens, dass er nicht wie der göttliche Wille immediate, d. h. ohne fremde Mithilfe, sondern bloss mediate, durch Vermittlung anderer Faktoren und Ursachen zum Handeln kommt. Deshalb besitze er aber nicht in jedem Fall und in jeder Hinsicht auf gleiche Weise die Freiheit zum Gegenteil. Willensfreiheit bedeutet eben nicht Willkür. Hugolin sucht den Einfluss der coagentes durch das Bild von der Waage klar zu machen. Gleich Gewichten ziehen diese mitwirkenden Faktoren die Seele nach einer Seite und erschweren ihr den Widerstand. Aber sie nötigen den Willen nicht, den Akt nun tatsächlich zu setzen. Im Gegensatz zu den Reflexhandlungen, bei denen der Wille naturhaft und unfrei wirkt, ohne anders zu können, bleibt er unter dem Einfluss der coagentes frei und selbstverantwortlich [94]).

Aehnliches gilt nach unserem Augustiner für die hemmenden Erschwernisse, mit denen der Wille oftmals zu ringen hat.

[94]) Non dico, quod (voluntas) in omni casu et qualitercumque disposita sit aequaliter libera vel aequaliter indifferens ad contradictionem; sed quod sic est in multis... Secundo dico, quod, licet voluntas possit in A et in oppositum, non tamen est consequens, quod, cum quibuscumque aliis positis possit in A, possit in oppositum. Et quod, licet sit libera, non tamen sufficit pro qualibet operatione. Immo plura alia requirit. Unde cum certis sufficit credere vel credere velle in Deum, sine quibus non sufficit et similiter de aliis. Tertio dico, quod aliquid esse in potestate voluntatis, potest esse dupliciter: vel immediate, id est quod nullo alio requisito potest in illud et sic solus Deus habet aliquid in potestate, non autem creatura, quia nulla potest se sola producere et non producere. Vel mediate, id est quia voluntas mediantibus aliis concurrentibus potest in illud; sic tamen quod omnibus positis, cum quibus potest in illud, nihilominus non est necessarie ipsam exire in illud, quin possit ex libertate non exire, quo contra de igne. Et hoc, si in uno solo casu daretur, sufficit ad salvandum, quod voluntas sit essentialiter libera. Quarto dico, quod multa sunt, quae posita causant aliquem effectum in voluntate, sic quod non est in potestate voluntatis non concausare, eo quod non est causa libera, immo naturalis potius, sicut est in primis motibus et in dolore de sensibili vel delectatione de sensibili. Et tamen non possunt illa cogere voluntatem ad actum liberum. Alterius enim rationis sunt actus liberi, respectu quorum voluntas non est causa naturalis, sed libera. Unde si anima esset aequilibris vel aequilibra et pondus poneretur in parte eius, non esset in potestate voluntatis, quin vel traheretur vel nisi fortiter remitteretur et quin difficultaretur ad resistendum. Tamen si trahi esset voluntate rationali consentire per aliquem actum de specie liberorum actuum, tunc non cogeretur servire libidini. — *lib. II dist.* 25 qu. 1 art. 3, A 130 va-b, V 95 va-b.

Vier solcher Hemmnisse stellt er fest: aktuelle Leidenschaft, habituelle Neigung, Verstandesurteil und entgegengesetzten Willensakt, alles Erschwernisse, die sich unmittelbar im Subjekt, in der Seele selbst befänden. Die Grösse der Erschwernis richte sich aber nicht nach dem Urteil, das der Verstand über Grösse des Wertes oder Unwertes fällt, sondern nach dem Grade der Neigung zu jenem dem Willensakte entgegengesetzten Objekte.

Wie wirken sich diese Hemmnisse für die Entscheidungen des Willens aus ? Hugolins Antwort unterscheidet zwischen dem gerechten Willen und dem Willen unter der Sünde. Im gerechten Willen könne die schlechte Neigung unmöglich so stark sein, dass der Wille sie nicht zu überwinden vermag. Ferner: Der gerechte Wille könne durch keine Regung des niederen Strebevermögens — und mag sie auch unendlich stark sein — zu einer schlechten Willensentscheidung gezwungen werden. Ueberhaupt könne nur Gott den gerechten Willen nötigen. — Anders freilich stehe es mit dem Willen unter der Sünde. Es gäbe Fälle, wo der Wille durch Leidenschaft oder schlechte Neigung zum ungerechten Wollen gezwungen werde [95]).

Ueberhaupt sei der gerechte Wille freier als der ungerechte [96]). Ausführlich begründet Hugolin diese These von der grösseren Freiheit des Menschen im Guten. Der gute Willensakt strebe nach dem wahren und letzten Ziele ; er begebe sich nicht

[95]) Tertio pono septem propositiones. Prima : Omne difficultans voluntatem, ut libertas est, est alterum de quattuor: vel passio actualis vel inclinatio habitualis vel iudicium de sic esse vel volitio contrario modo se habens... Secunda propositio: Omne difficultans immediate est subiective in anima... Tertia propositio: Non quanto iudicium est de maiori bono adipiscendo aut etiam de maiori malo fugiendo, tanto est maior difficultas nolendi bonum vel volendi malum... Quarta propositio: Quanto fuerit affectio commodi vel iusti intentior, tanto erit maior difficultas, oppositum velle seu illud nolle... Quinta propositio: Impossibile est, in voluntate iusta esse tantam affectionem commodi malam, quam superare non sufficiat... Sexta propositio: Nulla passio sensualis potest necessitare voluntatem iustam, ut prave operetur vel velit, etiam si infinite procedat... Corollarium: Nihil citra Deum potest iustam voluntatem necessitare. Septima propositio: Voluntatem iniustam potest passio et affectio commodi, cui subiecta est, necessitare in casu, ut iniuste velit ac operetur, nisi de singulari dono Deus subveniat. — *lib. II dist.* 25 qu. 3 art. 2, A 133 ra-b, V 97 va-b.

[96]) Et in hoc etiam patet, quod liberius est liberum arbitrium iustum quam iniustum. Iniustum enim est liberum, ut possit velle furari, ut comedat, vel ut ludat et cetera. — *ebenda* A 133 rb, V 97 vb.

in unwürdige Knechtschaft ; er besitze die Kraft, wirklich vernunftgemäss und seiner Natur nach zu handeln. Der schlechte Willensakt dagegen unterwerfe den Menschen der Zwangsherrschaft der Sünde ; er raube die Möglichkeit, sich für das Gute zu entscheiden ; er bringe die Sklaverei niederer Begierden und knechtischer Furcht [97]). Ja recht betrachtet — äussert Hugolin im Anschluss an Augustins Handbüchlein — ist die Freiheit zum Sündigen gar keine echte Freiheit. Sie trägt den Namen gewissermassen nur aequivoce. Formell bestehe die Freiheit im Dienste an der Gerechtigkeit [98]).

